ficium conferat. Et per hanc decretalē attentari
poſſet: ꝙ licet eṗs poſſit generaliter tradere po/
teſtatē officiali vel vicario ſuo conferendi bene
ficia vacantia de offi. vica. c. ſi. non tñ alteri quē
officialē non conſtitueret. Item legatus non pōt
ꝓceſſū delegati impedire: aut eius ſñiam irritare
ſed pōt eum cōfirmare ꝛ exequi: extra de offi. le.
c. ſtuduiſti. Et rō ibi ponitur: qꝛ mandatū ſpāle
derogat generali. Non poſſet etiā legatus de la
tere deponere eṗm: niſi ei ſpāliter papa hoc com
miſiſſet: de transla. c. i. ſed p̄ſbyterꝝ poſſet depo/
nere adiunctis ſibi alijs epis. ¶ Omnes reſerua
tiones quorūcunqꝫ beneficiorꝝ facte a quocunqꝫ
legato etiā de latere auctoritate legationis ꝛ de/
creta interpoſita ſup ipſis: necnō denūciationes
inhibitiones ꝛ ꝓceſſus quilibet ꝑ eum vel ꝑ exe
cutores deputatos ab eo habitos circa ipſa: dū/
modo ad collationē eorundē bñficiorum iā va
cantium nō ſit ꝓceſſum finita legatione viribus
euacuantur: ꝛ nihil valent. Nec executores dicti
pñt vlterius beneficia taliter reſeruata conferre
de elec. c. preſenti. li. vi. Item ſi legatus in aliqua
cathedrali vel collegiata eccleſia fecit aliquā re
ſeruationē: aliam illa pendente non pōt facere in
eadem. Nec etiā poſtqꝫ aliquod reſeruauerit ali
cubi bñficium ad collationē pertinens: qꝫdiu re
ſeruatio pendet ſibi reſeruare non pōt. Et ſi ſec⁹
fecerit: nihil valet vt in dicto. c. pñti. Finitur aūt
legatio quattuor modis ſm io. an. in gl. ibi. Uno
mō ſi datus fuerit legatus ad tēpus determina/
tum: finito. n. tp̄e finita eſt legatio: vt de offi. dele.
c. de cauſis. Secundo qñ legatus ē reuocatus. ff.
de iudi. l. iudicium. Tertō qñ egreſſus eſt legati
onem aīo non redeūdi. Legationē ideo dixi: qꝛ
ſi eēt egreſſuſ aliam ꝓuinciā: is qui eſt legatus in
pluribus: ex quo nō eſt egreſſus legationē nō ex
pirauit eius iuriſditio: vt de offi. le. nouit. Sic. n.
legatus in qualibet p̄te legationis exiſtens iuriſ/
ditionē exequitur: ſicut eṗs in qualibet parte ſue
dioceſis: de offi. ordi. c. cū eṗs. li. vi. Quarto finit̄
legatio pſonalis morte ipſius legati nō aūt mor/
te cōſtituētis ipm: vt eo. ti. c. legatos. Perſonalis
ideo dixi: qꝛ ſi eſſet realis: puta qꝛ cōpeteret di/
gnitati: nō expiraret morte legati: vt de offi. le. c.
qm̄ abbas. Et qō dictum eſt his modis finiri le/
gationē: intelligitur in ſui pſona ꝛ q̊ non cepta ꝑ
delegatos. Nam ſiquas cās cōmiſiſſet: ꝛ res nō
eſſet integra: finito eius officio. ſ. legati: durat illi⁹
delegati p̄tās: vt de off. le. c. ſi. Et eſt mirabile: qꝛ
iuriſditio delegati a legato bñ ꝑpetuatur ꝑ citati
onem ꝛ alium iudicialem actū: ſꝫ notificatio in/
hibitio ꝛ decretū non ꝑpetuant iuriſditionē exe
cutoris hoc ꝛ alios ꝓceſſus facientes. Sed reſer
uationes bñficiorꝝ ſunt odioſe ꝓpter duo: quia ꝑ
eas datur via ad vacaturas: ꝛ qꝛ p̄iudicant ordi/
narie p̄tāti. Uñ ſūt reſtrīgēde: ꝛ iō ceſſāt finita le
gatiōe. Sꝫ p̄tās executorꝝ datorꝝ a papa ſup grā
facta ꝛ re integra ꝛ ſup faciēda re ñ ītegra bñ ꝑ/
durat p⁹ mortē pape: qꝛ papa p̄t ius ad vacatas

dare: ſed non ſic legatus. Bene ergo poteſt lega/
tus donec durat in officio impedire ordinariū in
cōferendo: ſed finito officio nō. hec io. an. Conſti
tutiones facte a legato in ſua ꝓuincia durant po
ſtea ꝑpetue: ſꝫ de ꝓuincia ſit egreſſus vel ſit mor
tuus: ſecus ſi cām delegent: qꝛ egreſſis eis de ꝓ/
uincia nō durat iuriſditio delegatorꝝ: non autē ſi
legatorꝝ diſceſſum citatio p̄ceſſerit: extra de offi.
le. c. ſi. Item collatio bñficij ꝑ legatum ſedis apli
ce alicui facta nullius momēti exiſtit: ſi in ea nō
fuit habita mentio de alio bñficio: qō prius ob/
tinebat. Et querit io. an. in glo. ibi. Quid ſi lega/
tus ꝓprio motu: ꝛ hoc expreſſo in lr̄is cōceſſio/
nis confert alicui beneficiū habenti aliud benefi
cium nō facta mentōe de illo: nūquid valeat col
latio talis: ſicut valeret: ſi eo caſu papa alicui cō/
tuliſſet: vt dicitur de papa in. c. ſi ꝓprio motu. de
p̄ben. li. vi. Et videtur ꝙ nō: qꝛ papa non ē ſubie
ctus legibus vt legatus. C. de legi. l. digna vox.
Unde aliud in papa aliud in legato: ſed cōtrariū
credo. Sicut. n. ordinarius cōfert alicui bñficiū
hñti aliud tꝫ collatio: licet vtrūqꝫ retinere ñ poſ/
ſit: ſic ꝛ legatus ſi cōferat: tenebit collatio: ſꝫ vnū
qꝫ tenere non poſſit: ꝛ facit ſupra de reſcrip. c. grā
Hoc igitur intendit decretalis: ꝙ ſicut impetrāſ
beneficiū a papa tenetur de bñficio qō hꝫ: quan
tūcunqꝫ ſit modicū facere mentionē: ſic impetrāſ
a legato: al's non valebit collatio: qꝛ impetratio
ſubrepticia ē. Ubi vero nō impetrauit: ſꝫ lega/
tus contulit: in quo peccauit ille cui facta ē colla
tio? certe in nullo. vnde credo tenere. Legatus ēt
de latere non pōt ſe intromittere ī his que pape
ſpāliter reſeruātur: vt de tranſlatione epoꝝ ceſſi
onibus ſūmiſſionibus vniuſ ad alterꝝ ꝛ hi⁹: extra
de offi. le. c. niſi. ꝛ. c. poſt tranſlationē: niſi que re/
periūtur in iure eis cōceſſa: vel ſi ſup aliqbus eo
rum haberet ſpālem auctoritatē a papa. Itē no/
ta ꝙ de iure gentiū eſt legatorꝝ nō violanda reli/
gio: di. i. ius gentiū. Ubi dicit glo. ꝙ ſiquis lega/
tū vel amicorꝝ vel hoſtiū impedit: ſm legē tra/
dit̄ hoſtibuſ: vt ſit ſeruus illorꝝ. ff. de legan. l. ſi. ſm
canoneſ ē excōicādus: vt. 94. di. ſiquis. Ubi di
cit alexander papa. Siqs legationē impedit non
vnius ſed multorꝝ ꝑfectum auertit: ꝛ ſicut multi
nocet: ita a multis arguendus ē: de honorꝝ ſocie/
tate priuandus. Et qꝛ dei cauſam impedit: ꝛ ſta/
tum cōturbat eccleſie: ideo ab eius liminibus ar
ceat̄. De auctoritate ꝛ p̄tāte legatorꝝ ad quanta ꝛ
ad que ſe extendat: diffuſe ponit ſpeculator in ti.
de legatis.

¶ Titulus. xxiij. de ſtatu ſūmorum pontificum
per modum ſermonis: vbi ponitur doctrina ber
nardi ad eugenium. c. i.

MInuiſti eū pau/
lominus ab angelis gloria ꝛ hono
re coronaſti eum: ꝛ conſtituiſti eū
ſup opera manuū tuarꝝ pſal. 8. Lo/

quitur ꝓpheta ad patrem oīpotentem de filio
ſuo incarnato: vt introducit apl'us auctoritatem
iſtam ad hebreos.i.c.ſcribens. Qui.ſ.dei filius in
q̄tum homo factus mortalis: minor fuit inuētus
angelis: qui ſunt īmortales: ſʒ ſanctitate ⁊ aucto
ritate maior. Coronatus vtiq̧ glīa īmortalitatis
in reſurrectione. Honore venerationis etiā aſcē/
ſione: quia tremunt videntes angeli ⁊ iudiciaria
ptāte in fine ſublimatus: ꝯſtitutus eſt ſup omnes
creaturas. Data ē mihi oīs ptās: vt ait ipe mat.
vl. In celo ⁊ in terra: vt in noīe ieſu omne genu
flectatur celeſtiū terreſtriuʒ ⁊ infernoꝝ phi.z. Et
qꝛ recedēs a nobis ſua p̄ſentia corꝑali vicarium
ſuū reliquit in terris.ſ.ſūmum pontificē: qꝛ papa
dr̄ quaſi pater pr̄m: iō congrue hec verba de pa/
pa pn̄t exponi. Et enim papa vt ait hoſti. maior
hoīe: ſed minor angelo: qꝛ mortaliſ hō: maior
tn̄ auctoritate ⁊ ptāte. Neq̧.n. angelus pōt con/
ſecrare corpus ⁊ ſanguinē xp̄i: neq̧ abſoluere vl'
ligare: cuius rei iuriſditō plenarie eſt in papa: nec
ordinare vel indulgentias dare ⁊ hm̄ͦ. Eſt gloria
⁊ honore coronatus: glīa cōmendationis: qꝛ nō
ſolū beatuſ dr̄ ſed ⁊ beatiſſimus. Quis eū ſanctū
dubitʒ: quē apex tante dignitatis attollit: di.40
non nos. Honore coronat venerationis: vt oſcu
lētur fideles pedes eiuſ. maior veneratio fieri nō
pōt pſal.99. Adorate ſcabellū pedū eius. Coro/
natur ⁊ magnitudine auctoritatis: qꝛ cūctos ipſe
iudicaturus: a nemine ē iudicādus: niſi deꝓhen/
datur a fide deuius: di.40.ſi papa. Vn̄ ⁊ triplici
corona aurea coronat. Et ē ꝯſtitutus ſup oīa
opa manuū ſuaꝝ ad diſponendū de oībus inferi
oribus. ipſe aperit celū: mittit reos ad infernum:
cōfirmat imperiū: ordinat totū cleꝝ. Quia ḡ ſibi
data ē cura de oībus: vt docet ber. ad eugeniuʒ:
attendat ad ea que ſunt in ſe: ⁊ ad ea que ſunt ſub
ſe: ⁊ ad ea que ſūt circa ſe: ⁊ ad ea que ſupra ſe ſūt
A te inquit: idem incipiat ꝯſideratio tua nō ſoluʒ
aūt: ſʒ in te firmat: quocunq̧ euaget: ad te reuo
ces eā cū ſalutis fructu. Sic exeat: vt te nō deſe/
rat: ꝯtra ſalutem ꝓpriā cogites nihil. Min⁹ dixi
contra, p̄ter dixiſſe debuerā. Quicquid ſe ꝯſide/
rationi offerat: qđ nō quoquo mō ad tuā ipſius
ſalutem ptineat: reſpuendū. Et hec tui ꝯſideratō
in tria quedā diuidit. Si ꝯſidereſ quid qs ⁊ qua
lis ſis: quid in natura: qs in pſona: qualis in mori
bus ſeu vita. Quid verbi cā homo: qs papa: qua
lis benignus māſuetus vel tale qđ. Cōſiderādo
qđ ſis: occurrit: qꝛ hō animal.ſ. rōnale ⁊ mortale.
Et ex hac cōſideratione tibi fructus occurrit: vt
mortale qđ in te ē rōnale hūiliet. Et rurſū rōnale
⁊ mortale ꝯfortet. A facie ꝯſiderationis tue oc/
currat tibi homo nudus ⁊ pauper ⁊ miſer ⁊ miſe
rabilis hō dolens ꝙ hō ſit: erubeſcens ꝙ nudus
ſit: plorās ꝙ natus ſit hō ad laborē non ad hono
rē: hō natus de muliere ait iob: ⁊ hoc cum reatu
breui viuens tpe: iōq̧ cum metu repletus multiſ
miſerijs: ⁊ ꝓpterea cū fletu: ⁊ vere multis qꝛ cuʒ
aīe ⁊ corporis ſimul. Quid eniʒ calamitate vacat
naſcenti in peccato: fragili corꝑe ⁊ mente ſterili?
Vere ḡ repletus cui infirmitas corporis ⁊ fatui/
tas cordis cumulat: traduce ſorde mortis addi
tione: ſalubris copula: ⁊ vt cogitans te ſummum
pontificē attēdas pariter ⁊ viliſſimū cinerē eſſe.
Conſidera quis ſis: quia.ſ. pontifex ſummus. Et
nūc audi canticum meū equidē munus ſuaue ſʒ
ſalutare. Monſtruoſa res: gradus ſūmus: ⁊ ani/
mus infimus. Sedes pma: ⁊ vita ima: lingua ma
gniloqua ⁊ manus ocioſa. Sermo multus: ⁊ fru/
ctus nullus: vultus grauis ⁊ actus leuis: ingēs au
ctoritas ⁊ nutās ſtabilitas. Amoue ſpeculū: inſpi
ce tn̄: ⁊ tu ne forte ⁊ ſi ſit vnde merito placeas ti
bi: cui quo debeas diſplicere nō deſit. Omnia ſi/
bi deſūt: qui nil ſibi deeſſe putat. Quid ſi ſūmus
pōtifex ſis: nūquid quia ſūmus pontifex: iō ſum/
mus? Infimū eſſe: ſi ſūmum putas. Quis ſūmus:
niſi cui addi non pōt? Grauiter erras ſi te illū exi
ſtimas. Tu vero ꝯſidera: non ꝯſumatione ſūmū
te dici ſed compatione: nō meritoꝝ ſed miſterio
rū. Sūmum dixerim plane inter miniſtros. Con
ſideres ḡ ait idem in li.4. ll. ſanctā romanam ec
cleſiā: cui p̄es: mr̄em eſſe eccl'iaꝝ non dn̄am. Te
vero non dn̄m epoꝝ ſed vnuʒ ex his. De cetero
ꝯſidera oportere te eſſe formā iuſticie: ſanctimo
nie ſpeculū: pietatis exēplar: aſſertorē veritatis:
fidei defenſorē: doctorē gentium: xp̄ianoꝝ ducē:
amicū ſponſe: ſponſe paranymphū: cleri ordina/
torē: paſtorem plebiū: mgr̄m inſipientū: refugiū
oppreſſoꝝ: paupum aduocatū: miſeroꝝ ſpem: tu/
torē pupilloꝝ: iudicem viduaꝝ: oculū cecoꝝ: lin/
guam mutoꝝ: baculum ſenū: vltorem ſcelerum:
maloꝝ metum: bonoꝝ glīam: virgam potentuʒ:
malleū tyrannoꝝ: regum p̄rem: legū moderato/
rem: canonū diſpenſatorē: orbis terre lumen: ſa/
cerdotē altiſſimi: vicarium xp̄i: xp̄m dn̄i: poſtre/
mo deū pharaoniſ. Intellige que dico. Prouide
ſi ꝯſideras: quātus es cogita. Tertio ēt q̄lis. Et
hec ꝯſideratio tenet te in te: nō.ſ. deijci nō ſupra
attolli: non euadere in lōgius: nō extendi in lati⁹.
Tene mediū: ſi non vis ꝑdere modū. Locus me
dius tutus ē. Deniq̧ longitudo.ſ. nimia, extermi
niū habere ſolet: ⁊ dilatatio ſciſſuram, ⁊ altitudo
ruinā: ⁊ ꝓfundū abſorſionē. Nunc vo longū di/
co: cum hō longiorē ſibi pmittit vitā: quod n̄ fa/
cit prudens: latū ſibi facit actū: cū in ſupfluas ani
mus extenditur curas: quas tpantia moderatur.
Altum vero cū de ſe plus p̄ſumit: a quo iuſtus ſe
ꝯtinet. Profundū vero cū plus debito ſe deijcit:
cui fortitudo reſiſtit. Sane in ꝯſiderando qua/
lis ſis: ēt qualis fueris ad memoriā reuocanduʒ.
cōferēdo poſteriora prioribuſ. Profeceris ne in
virtute, in ſapīa, in intellectu, in ſuauitate moruʒ.
An forte quod abſit: ab his defeceris: patientior
ſis an impatientior. Solito iracūdior, lenior ve:
inſolentior an humilior: affabilior an auſterior:
exorabilior an difficilior: puſillior aīmo an ma/
gnanimior: ſeuerus magis an pluſculū diſſolut⁹:
timoratior an ꝯſidentior pluſq̧ oportet: q̧ latus

ſibi patet campus in hoc genere ꝯſiderandi. Non
erit innocens: ſi aut puniaſ eū: cui forte parcendū
eēt: aut parcas ei: qui fuerat puniēdus. In tribu/
lationibus quoqꝫ qualē te inueneris: nolo diſſi/
mules. Si conſtātem in tuis: ⁊ dolentē in alienis
gaude recti cordis hoc eſt. Fugienda eſt etiā oci
oſitas mater nugaꝝ: nouerca virtutū: inter ſecu/
lares nuge ſūt: in ore ſacerdotis blaſphemie. In
terdū tamen ſi incidant ferēde fortaſſis: referen
de nunqꝫ: ſede ad cachinos moueris: fedius mo/
ues.

## Secundó admonet eū

conſiderare que ſub ipſo ſunt: ⁊ hoc eſt totū mū
dū: in cuꝰ ſignū ⁊ figurā fuit ꝙ ⁊ ante reſurrectio
nem ⁊ poſt reſurrectionē apparente dn̄o diſcipu
lis nauigantibus ſolus petrus in mare ſe miſit: et
ſic venit ad ipſum alijs nauigio preuenientibus.
mare hoc ſeculū eſt: ait ipſe ber. ⁊ aque multe ſūt
populi multi: nauicule plures pticulares eccleſie.
apl̄is igitur ceteris cōmiſſe ſunt pticulares ꝓuin
cie: vt ioanni grecia: mattheo ethyopia: bartho/
lomeo india: iacobo hieroſolyma ⁊ hiꝰ. petro ve
ro totus mūdus. Sic igitur omnibus debitor ē
ſucceſſor petri pontifex ſūmus. Sapiētibus ⁊ in
ſipiētibus iudeis ⁊ gētibus non vt preſit tm̄: ſed
vt ꝓſit, in ſollicitudine multa: vt operā det: vt in
creduli ꝯuertantur ad fidem. Conuerſi non auer
tantur: auerſi reuertātur. Porro puerſi ordinen
tur ad rectitudinē: ſubuerſi ad veritatē reuocent̄.
ſubuerſores inuictis rōnibus ꝯuincantur: vt vel
emēdentur ipſi: vel ſi fieri non pōt: auctoritatem
facultatēqꝫ pdant alios ſubuertēdi: vt hereticos
⁊ ſciſmaticos. hortatur etiā ipſe ber. ipſum. ſ. papā
ad mittendū p̄dicatores ad paganos: exēplo gre
go. pape qui miſit auguſtinuꝫ ad anglicos: ⁊ eos
traxit ad fidē: admonet ⁊ ambitioſos reprimere
dicens. An non limina apl̄oꝝ plus iā ambitio q̄ꝫ
deuotio terit? an non vocibus eius toto die reſul
tat palatiū vr̄m? an nō queſtibus eius tota leguꝫ
canonūqꝫ diſciplina inſudat? an non ſpolijs eius
oīs italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas.
Rephendit exinde iniuſtis ⁊ nimijs appl̄onibꝰ
que fiunt ad curiā dicens. Quouſqꝫ non euigilat
ꝯſideratio tua ad tantā appellationū ꝯfuſionem.
⁊ abuſionē preter iuſ ⁊ fas p̄ter morem ⁊ ordinē
fiunt. Non locus nō modus nō tempus nō cau/
ſa diſcernit: aut pſone p̄ſumuntur: leuiter paſſim
plerūqꝫ ⁊ nequiter volētes malignari. Nōne hiſ
potiſſimū terreri ſolebāt? Nūc terrori ipſi ex his
magis fiunt: atqꝫ id bonis antidotū verſum ē in
venenū? Et ꝯcluditur in hiꝰ dicens. Prorſus fa/
uende ⁊ manutenēde ſunt appellationes: ſed q̄s
extorſit neceſſitas: nō calliditas adinuenit. Vſur
patorie ſunt hiꝰ omnes nō ſubueniētes in neceſ/
ſitate: ſed opitulantes iniqtati. admonet exinde
abſtinendū ab auaritia ⁊ muneribus dicēs. Pre
es ⁊ ſingulariter ad quid? Nunquid vt de ſubdi
tis creſcas nequaqꝫ: ſed vt ipſi de te principem ſe
conſtituerunt ſed ſibi non tibi. Alioquin quo pa
cto te reputas ſupiorem his: a quibus bn̄ficiuꝫ
vendicas? Parui deiectiqꝫ eſt animi de ſubditis
non ꝓfectū querere ſubditoꝝ ſed queſtū ꝓpriū.
In ſūmo p̄ſertim omniū nihil turpius. auaritiaꝫ
aūt longe a te eſſe ſupra teſtatus ſū: ſciens quāta
⁊ in quāta tua neceſſitate reſpueris: ad te ꝓinde
ſcripſerim iſta non ꝓpter te. Nempe qđ tibi ſcri
bitur: ſoli ꝓdeſſe non decet: hic locus auaritiam
capit: a quo vitio īmunis ſatis tua opinio ē. An
⁊ opus tu videris. Exemplificat de duobuſ archi
epis. ſ. coloniēſi ⁊ magūtino: quoꝝ vnus magnā
ſummam auri obtulit: vt exparetur: ſed vacuus re/
diit: alter iudicatus idoneus poſt grām receptaꝫ
in recognitionē aliquid ſpōte dedit: quod ſibi re
ſtitui fecit. Inuehit ꝯtra exemptiones ⁊ diſpēſa/
tiones: que fiūt a papa tanqꝫ hn̄tes ſpēm mali di
cens. Subtrahūtur abbates epis: epi archiepis:
archiepi patriarchiſ ſiue p̄matibus. Bona ne ſpe
cies hec? mirum: ſi excuſari queat: vel opus ſit fa
ctitādo. ꝓbatis vos habere plenitudineꝫ ptātis:
ſed vtrū debeatis queſtio eſt. inducit exemplum
de ordinibus angeloꝝ: qui ita ordinant̄ ſub vno
capite deo: ꝙ etiā inferiores ordines ſupioribuſ
ſubijciūtur. Et loquitur de exēptionibus vel di/
ſpēſationibus: que abſqꝫ cā rōnabili fiūt. Ex qui
bus ſequūtur: vt ipſe ait: inſolentie diſſolutiones
dilapidationes ſimulatōnes ſcādala odia ⁊ inter
eccleſiaſ. inimicitie graues ppeteſqꝫ diſcordie. Et
ſubdit ber. Non ꝓhibeo diſpēſare ſed diſſipare.
Nō audis: vt ignores diſpēſatores vos poſitos
in edificatione nō in deſtructione. Deniqꝫ querit̄
inter diſpenſatores: vt fidelis quiſ inueniat̄. Vbi
neceſſitas vrget: excuſabilis diſpenſatio eſt. Vbi
vtilitas ꝓuocat: diſpenſatio laudabilis ē. vtilitas
dico cōis non ꝓpria. Nam cū nihil hoꝝ eſt non
plane fidelis diſpēſatio ſed crudelis diſſipatio ē.
Demū ſolicitat eum ad faciēdū obſeruare decre
ta: que ipſe eugenius ꝓmulgauerat in remeń. con
cilio ſpectantia ad honeſtatem habitus clericoꝝ
⁊ circa ꝓmotionem indebitam ordinū que mala
obſeruabantur.

## De his que circa te ſunt: ſequit

ber. ad eugeniū. 4. li. Et ſi ipa etiaꝫ ſub te ſint: tm̄
ꝓpriora ⁊ ea īportuniora circa hiꝰ q̄ꝫ ſobria ⁊ in/
tēta ꝯſideratione opus ē. Hec inquā circa te ſūt:
clerus ⁊ ppl̄us tuus cui ſpāliter exparis: acꝑ hoc
ſpālis cure teneris debito: hi quoqꝫ qui tibi quo
tide aſſiſtūt ſeniores ppl̄i orbis iudices: ⁊ qui ī
domo ⁊ menſa tua ſūt capellani ⁊ cubicularii mi
niſtri quiqꝫ diuerſis deputati officijſ in obſequiū
tuū: hi ſunt qui nō verētur ſuſcitare dilectā: ⁊ an/
teqꝫ velit. Primo quidem cleꝝ illum ordinatiſſi
mū eſſe decet: ex quo p̄cipue in oēm eccl̄am cle/
ri forma p̄ceſſit. Deinde qđ ppterā agit te p̄ſen
te id tibi turpius. Intereſt glorie ſanctitatis tue:
vt quos p̄ oculis habes ita ordinati ita ſint infor
mati: q̄tenus totius honeſtatis ⁊ ordinis ipſi ſpe/

culum ipſi ſint forma. Inueniãtur pre ceteris o/
porꝫ expediti ad officia: idonei ad ſacramẽta ad
plebes erudiendas ſoliciti: circũſpecti ad ſemet/
ipſos cuſtodiẽdos in oĩ caſtitate. Quid de pplo
loquar? pplꝰ romanus ẽ. Nec breuius potui nec
expreſſius tñ totũ apire: de tuis xpianis parochi
anis quid ſentio. Quid tam notũ ſeculis ꝙ̃ ꝓter/
uia ꝛ faſtus romanoꝝ: gẽs inſueta paci: tumultui
aſſueta: gens ĩmitis ꝛ intractabilis vſqꝫ adhuc
ſubdi neſcit: niſi cũ non valet reſiſtere. En plaga
tibi incũbit: cura hanc. Noli diffidere: curã exi/
geris non curationẽ. Deniqꝫ audiſti: curam illius
habe: ꝛ non cura vel ſana illũ. Uex dixit quidaꝫ.
Non ẽ in medico ſemp releuet vt eger. Ad me
lius. De tuis ꝓpono tibi. Paulus loquit: plus oĩ
bus laboraui: non ait plus oĩbus ꝓfui: aut plus
oĩbus fructificaui. Nouerat hõ: quẽ docuit deuſ.
qꝛ vnuſquiſqꝫ ſm ſuum laborẽ accipiet non ſm
ꝓuentũ. Et ob hoc in laboribus potius ꝙ̃ in ꝓuẽ
tibus glãdum putauit: ſicut alibi quoqꝫ habes
ipm dicentẽ. In laboribus plurimis: ita queſo
fac tu quod tuũ eſt. Nam deus qð ſuum ẽ: ſatis
abſqꝫ tua ſolicitudine ꝛ anxietate curauit. Plan/
ta riga: fer curã: ꝛ tuas explicuiſti ptes. Sane in/
crementum: vbi voluerit: dabit deus, nõ tu. Ubi
forte noluerit, tibi diſperit nihil: omne papale
negocium illi agunt. ſ. romani: queꝫ dabis mihi
de tota maxima vrbe: q te in papã ñ recepit ꝓcio
ſeu ſpe precij nõ interueniẽte. Et tunc potiſſimuꝫ
volunt dñari: cũ ꝓfeſſi fuerint ſeruituteꝫ. Fideles
ſe exponẽt: vt opportunius fidelibus noceãt. Et
hoc nõ erit ꝯſilium tibi a quo ſe arcendo non ſe
cretũ: ꝙ ſe non ingerant: añ omnia ſapiẽtes ſunt
vt faciant mala: bonũ aũt facere neſciunt. hi iniu
ſti terre ꝛ celo vtriqꝫ inijcere manus. impij in cle
ruꝫ: temerarij in ſancta: ſeditioſi inuicẽ: emuli in
vicinos: inhumani in extraneos. Quos nemineꝫ
amãtes amat nemo. Et cũ timeri affectant ab oĩ
bus: omnes timeãt neceſſe ẽ. hi ſũt qui ſubeſſe ñ
ſuſtinent: pẽeſſe non norunt: ſupioribus infideles.
inferioribus ĩportabiles. hi inuerecundi ad petẽ
dum: ad negandũ frontuoſi. hi importuni vt ac/
cipiant: ingrati vbi acceperint: docuerunt linguã
ſuã blandia loqui: cum opentur exigua: largiſſi/
mi ꝓmiſſores, ꝛ parciſſimi exhibitores: blandiſ
ſimi adulatores ꝛ mordaciſſimi detractoreſ: ſim
pliciſſimi diſſimulatores ꝛ maligniſſimi ꝓdito/
res. Inuehit exinde contra honorẽ exteriorem ꝛ
apparatũ curie dicens. Uides oẽm eccl'aſticum
zelũ feruere ſola ꝓ dignitate tuenda: honori to/
tũ datur: ſanctitati nihil aut parꝝ. Si cauſa requi
rente paulo ſubmiſſius agere ac ſocialius te ha/
bere tẽtaueris: abſit inquiunt: non decet: tempo/
ri nõ congruit: maieſtati non conuenit: quam ge
ras ꝑſonam attendito. De placito dei vltima mẽ
tio eſt, ꝓ iactura ſalutis nulla cunctatio: niſi quod
ſublime eſt: hoc ſalutare dicamuſ: ꝛ qð gloria re
dolet: id iuſtum. Ita omne humile ꝓbro dicitur
inter palatinos: vt facilius qui eſſe ꝙ̃ qui apparẽ
velit: humilis inuenies. Timor domini ſimplici
tas reputatur: ne dicam fatuitas. Uirum circum
ſpectũ ꝛ amicum ꝓprie ꝯſcientie calũniantur. hy
pochritã porro amatorẽ quietis, ꝛ ſibi interduꝫ
vacantẽ inutilem dicunt. Quid ergo tu euigilas
ne dum ad huc ad iſtos qui circũdederũt te la/
queis mortis? Scio vbi habitas: increduli ꝛ ſub
uerſores ſunt tecum: lupi non oues ſunt: taliuꝫ tu
es paſtor, vtilis ꝯſideratio: qua forte inueneris: q̃
modo ſi fieri poſſit: conuertas eos: ne ipi ſubuer
tant te. Si dura fronte ſunt: durato ꝛ tu econtra
tua. Nil tã duꝝ quod duriori nõ cedat. ¶ Non
eſt ſupuacua conſideratio: qua intendis diſpone/
re domui tue ꝓuidere his qui in ſinu tuo ꝛ ĩ gre
mio tuo ſunt. Audi paulũ. Siquis domui ſue pre
eſſe neſcit: quomodo eccleſie dei diligentiam ha
bebit? Et hec dicens. Non te moneo ſummis oc
cupatum intendere infimis ꝛ minimis impende
re quod maximis debes: at illa per te agens per
te etiã oportet ꝓuideas: qui ꝓ te de his ꝓuideãt/
Uacuum prorſus a ſolicitudine rerum minoꝝ ꝛ
vilium oportet eſſe animũ tam magniſ ꝛ tã mul
tis intentum rebus. Oportet eſſe libeꝝ: quẽ nul/
la ſibi vendicet violẽta occupatio. Oportet eẽ in
genuũ: queꝫ nulla deorſũ trahat indigna affectio
Oportet eſſe rectũ: quem nulla ſeorſuꝫ auertat ſi
niſtra intentio. Oportet eſſe cautuꝫ: quem nulla
ſubeat furtiua ſuſpicio. Oportet eſſe vigilẽ: queꝫ
nulla a ſeſe abducat pegrina ꝛ curioſa cogitatio.
Oportet eſſe firmũ: quem nulla ꝯcutiat repenti/
na turbatio. Oportet eſſe inuictũ: quem nulla fa/
tiget ꝯtinua tribulatio. Oꝫ eſſe amplũ: quẽ nulla
coercet rei tpalis amiſſio: his te nõ dubites ꝛ bo
nis priuandũ ꝛ feriẽdum malis. Si animum di/
uidens ꝛ dei rebus ꝛ tuis pariter reiculis nolue/
ris impartiri. Procurãdus queꝫ implices: qui ꝓ
te molat; ꝓ te dico ñ tecum. Quedam per te met
facies: quedam per te ꝛ alios ſimul: quedam per
alios ꝛ abſqꝫ te. Nõ eſt: ꝙ inter iſta dormitet cõ
ſideratio tua. Querẽdus ꝓinde fidelis ꝛ prudẽs
quẽ conſtituas ſuper familiã tuam. Fidelis vt ñ
fraudet: prudens vt non fraudetur. Adhuc inuti
lis eſt: ſi tertiuꝫ deſit. ſ. auctoritas. Tali. ſ. fideli ꝛ
prudenti ſubdendi ſunt oẽs: nullum patiatur cõ/
tradictorẽ: nemo qui dicat. Cur feciſti ſic? vt po/
teſtatem habeat excludere ꝛ admittere q̊s vult:
mutare miniſtros: transferre miniſteria ad quos
ꝛ quando voluerit. Ita timori ſit oĩbus vt ſic et
vtilitati preſit omnibus: vt omnibus proſit: ꝛ de
omnibus clandeſtinas ꝛ ſuſſuraneas delationeſ
non recipias aduerſus eum: ſed magis detractio
nes cenſeas: et hanc tibi velim generalem conſti
tuere regulam: vt omnem qui palam veretur di
cere: quod in aure locutus eſt: ſuſpectũ habeas.
Itaqꝫ vnus omnibus facienda iniungant: ꝛ vni
omnes reſpondeant. Tu illi habeas fidẽ, vacanſ
tibi ꝛ eccleſie dei. Si quo minus aut fidelis in/
ueniatur: aut prudens fideli potius cõmittendũ
Sane ꝛ duobus tutius hoc quanqꝫ ſi idoneus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non repitur:⁊ ſi minus fidelē,ſuſtinere potius cō
ſulo ꝙ̃ te imergere laberyntho huic. Memento
ſaluatorem iudam iconimum habuiſſe. Deinde
reprehendit epiſcopos:qui nimiam diligentiam
habent de tēporalibus facultatibus:⁊ quaſi nul/
lam de animabus. Et poſt plura ſubdit. Non oꝫ
vt vitia domus tue vltimus ſcias:qḋ ꝙ̃plurimiſ
nouimus ꝯtigiſſe. Quapropter vt diximus:alius
alia diſpenſet:de diſciplina tu ꝓuide. Illud nemi
ni credas. Si inſolentioꝛ corā te vel ſermo inſo/
nuerit,vel habitus apparuerit: manus tua ſuper
eiuſmodi:tu vlciſcere iniuriā tuā. Impunitas au/
ſum parit:auſus exceſſum. Domū epi decet ſanc
titudo:decet modeſtia:decet honeſtas: quoꝝ di
ſciplina cuſtos:ſacerdotes domeſtici aut ceteris
honeſtioꝛes aut oībus fabula ſunt:in vultu in ha
bitu in inceſſu illoꝝ qui circa te ſunt nil reſidere
impudicū,nil indecens patiaris. Diſcāt a te coeꝑi
tui comatulos pueros ⁊ comptos adoleſcētes ſe
cū non habere. Certe inter mitratos diſcurrē ca/
lamiſtratos,non decet. Nec auſteritatem tamen
ſuadeo tibi:ſꝫ grauitatem.illa infirmioꝛes fugat:
hec reprimit leuioꝛes.illa odibilem,hec incontē
ptibilem reddit. Quid hac mediocritate gratius
vt nec de ſeueritate ſis oneri:nec de familiarita/
te contemptui?in palatio papaꝫ:domi te patrem
familijs exhibeas.ament te domeſtici tui:ſi non:
facito vt timeant. Utilis ſemper cuſtodia oꝛis:q̃
tn̄ affabilitatis gr̄a non excludat: Ille ꝯuenien/
tioꝛ auidus ſi actu quidem ſeuerus ſis:vultu ſere
nus:verbo breuis. Capellani tui nō ſint ſine ho/
noꝛe:his ꝯtenti ſint que tu ꝓuideris illis:tu vide
ne egeant ſup hoc ꝙ̃ foꝛte ab aduētantibus pete
re depꝛehendes:iudica ꝫezitans:idem de hoſtia
rijs:idem de ceteris officialibus decernendū.

## De his que ſunt ſupra

te in.v.li.admonet ꝯſiderandū.ſ.que ſunt in ſup
na patria:⁊ ait:hoc velī ſolerter aduertas vir ſa/
gaciſſime eugeni:quia totiens ꝑegrinatur ꝯſide/
ratio tua:quotiens ab illis rebus ad iſta deflecti
tur inferioꝛa ⁊ viſibilia,ſiue intuenda ad noti/
ciaꝫ,ſiue petenda ad vſum:ſiue pro officio diſpo
nenda vel ad citanda:ſi tn̄ ita verſatur in his:vt
ꝑ hec illa requirat aut ꝓcul exulat. Sic ꝯſidera/
re vel approbare repatriare eſt. Ibi ponit in.z.c.
tres ſpēs ꝯſiderationis. Et primā vocat diſpenſa
tiuā:que.ſ.ſenſibus ſenſibilibuſqꝫ rebus oꝛdina/
te ⁊ ſocialiter eſt vtens ad ꝓmerēdum deū. Se/
cundā appellat extimatiuā:q̄ prudenter ac diligē
ter queqꝫ ſcrutans ⁊ ponderanſ ad inueſtigandū
deū. Tertiam appellat ſpeculatiuam: que in ſe ē
colligēs:⁊ ꝙ̃tum in ſe eſt diuinitus adiuuatur re
bus hūanis eximenſ ad ꝯtēplandum deū. Et ſub
dit:ꝙ tribus modis deus ⁊ angeli eius nr̄a cōſi/
deratōne inueſtigātur:opinione fide ⁊ intellectu
quoꝝ intellectus rōni innitiť. Fides auctoꝛitati:
opinio ſola veriſimilitudine ſe tueť. Et declarat
qūo de angelis quedā noſcimus intellectu.q̄daꝫ
opinione:quedam fide:Ut de his que tradit ſcri
ptura ſacra de oꝛdinibus angeloꝝ ⁊ miniſtris co
rum pulchꝛa ⁊ deuota ſcribens de ſingulis oꝛdi
nibus. Deinde de deo qūo ſibi hoc verbū eſt cō/
uenit:⁊ qūo dicatur eſſe principiū ⁊ qūo ex ipſo
per ipm ⁊ in ipſo ſint omnia. Idem ꝙ deus eſt:q̄
nihil melius excogitari poteſt. Et qūo ſimplex ē
⁊ nō ſolum vnus ſed vniſſimus. Nec trinitas ꝑ
ſonaꝝ tollit hanc vnitatem.ſ.ſubſtantie ſue deita
tis. Ubi etiam ponit octo differētias vnitatis:et
vltima eſt vnitas trinitatis:que omnes excellit:
⁊ hoc in.9.c.⁊ in.10.⁊ in.11.ponit de vnitate triuꝫ
ſubſtātiaꝝ in vna ꝑſona xp̄i.ſ.carnis aīe ⁊ verbi.
Declarat etiam quid ſit deus ꝙ̃tum ad effectus
plurimos quos opatur in creatura ⁊ p̄cipue ratō
nabili. Demuꝫ exponit que ſit lōgitudo latitudo
ſublimitas ⁊ ꝓfundum in deo:quia longitudo ē
eternitas:latitudo charitas: ſublimitas potētia:
ꝓfundum ſapientia:in oīmbus alias in nobis au
tē habetur longitudo per ꝑſeuerantiā:latitudo ꝑ
dilectionē.ſ.vſqꝫ ad inimicos:ꝓfundum ꝑ humi
liationem ꝯſideratis dei iudicijs altitudinē per
ꝯtemplationē ſeu fiduciā ꝓmiſſoꝛum.

¶ De poteſtate pape in genere:vbi de ptāte oꝛ/
dinis ⁊ iuriſditionis ⁊ interp̄tationis.c.z.

## De poteſtate pape.

Nota ꝙ ꝙ̃uis omnis poteſtas ſit a deo:
⁊ abuſus ptātis n̄ ſit a deo:ptās tn̄ pape ꝑ excel/
lentiā ⁊ ſingulariuſ ē ab ipſo deo. Iſta tria p̄dcta
ſic declaranť:primū ponit apl̄us dicens. Nō eſt
ptās niſi a deo Ro.13. Hoc aūt ſic declarat. Et ꝓ
bat aug.de ancho.in li.de ptāte pape qui aľs inti
tulať ille liber de ptāte eccl̄iaſtica:q ſepe in hoc
titulo allegať. Deus eſt cā cuiuſlibet rei hn̄tis en
titatē in bonitate in triplici genere cauſe.ſ.efficiē
tis formalis ⁊ finalis. Efficientis eſt igiť oīs ptās
a deo rōne deriuatōis:ſicut.n.oīa entia cāntur ⁊
deriuanť ab vno ente:⁊ oīs ſubſtātia ab vna ſub
ſtātia:ita oīs principatus cāliter deriuať ab vno
principe. Talis aūt princeps eſt deus. Uñ ſcribit
ſapiē.6. Data ē vobis a deo virtus ⁊ ptās ab altiſ
ſimo:q interrogabit opa vr̄a. Et danielis.3. Sci
ant gentes:qꝛ dn̄atur altiſſimus in regno hoīm:
⁊ cui voluerit dabit illud. Secūdo ē a deo oīſ
ptās formaliter rōne eius oꝛdinatōnis. Nam in
quolibet principatu ē oꝛdo quidā ſupioꝛis ad in
ferioꝛē ⁊ inferioꝛis ad ſupioꝛem. Et ꝙ̃tumcunqꝫ
ſupioꝛes vel inferioꝛes ſint mali:ipſe tn̄ oꝛdo de
ſe hꝫ rōnem boni:qꝛ etiā ipſa mala bn̄ oꝛdinata
⁊ loco ſuo poſita laudabilioꝛa ſūt:⁊ eminentius
cōmēdāt bonū:⁊ ſemꝑ ex tali oꝛdine ꝯſurgit ali/
qḋ bonū. Et ſic ex p̄ncipatu maloꝝ rōne diuine
oꝛdiationis inſurgit aliqḋ bonū. Uñ ⁊ aug.dicit
ꝙ ꝑ ptātem a deo diabolo traditā iob ꝓbatus ē
vt iuſtus appareret:petrus tētatus ne de ſe ꝑſu
meret:paulus colaphizatus ne de ſe extolleret:
iudas damnatus vt ſe ſuſpenderet. Tertio eſt a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deo poteſtas finaliter rõne eius reductionis. Nã
q̃diu ſumus in hoc mundo: ſumus in via ⁊ in q̃/
dam bello. In bello aũt neceſſe eſt: vt aliqui ſint
principantes: ⁊ alij ſint ſeruientes. Et ideo q̃diu
bellatores ſumus ⁊ in exercitu: tãdiu angeli dñã
buntur angelis ⁊ homines hominibus: quia to/
ta eccleſia militans eſt terribilis: vt caſtrorum acies
ordinata. Sed cũ peruenerimus ad deum tanq̃
ad terminũ ⁊ finẽ nr̃e felicitatis: non erimus am
plius bellatores: nec neceſſaria erit amplius do/
minatio. Unde. i. corin. 15. dicitur: q cũ ipſe filius
tradiderit regnũ. i. ſuos electos deo pr̃i: tunc eua
cuabit oĩs principatus ⁊ omnis ptãs. Q abuſus
pape non ſit a deo ſ; a malicia ⁊ prauitate homi/
num pbatur ex hoc qd dicit dñs per pphetam.
Ipſi regnauerũt: ⁊ nõ ex me principes extiterũt:
⁊ non cognoui. Fit aũt abuſus ptãtis ſcd̃m augu.
de ancho. tripliciter. Primo p prauã adeptionẽ.
ſunt enim aliqui qui ptãtem ⁊ principatu; praue
adipiſcũtur: quia vel per ſimoniã vel per minas
vel per ambitionẽ. In quorum perſona dicit pphe
ta. In fortitudine noſtra ſũpſimus nobis cornu.
Et leo papa. i. q. i. c. principatus. vbi ait. Princi/
patus quẽ metus extorſit: aut ambitus occupa/
uit: ⁊ ſi actibus vel moribus nõ offendat: ipſius
tñ initij ſui eſt pernicioſus exemplo. Secũdo p
prauã eius executionem: q2 ⁊ ſi legitime aſſecuti
ſint poteſtatẽ: tñ non vtuntur plãtione ad vindi/
ctam malefactorum: ⁊ laudem bonorum. Sed econ/
trario ſm illud heſter. 16. Muiti bõitate ⁊ bono
re. ſ. bonitatis qui eſt in eos collatus abutunt in
ſuperbiam. Et non ſolũ ſubiectos nitũtur oppri/
mere: ſed datã ſibi gloriam non ferẽtes in ipſos
qui dederunt: moliũtur inſidias. Et ſic etiã intel
ligitur illud hieronymi. 8. q. i. Audacter fortaſſe
aliquid dicimus: quod tñ ſcriptũ eſt dicimus. nõ
ſemper princeps populi ⁊ iudex eccleſie per dei
arbitriũ datur: ſed put merita noſtra depoſcunt.
Si mali ſunt actus noſtri: ⁊ operamur maligna:
dantur nobis principes ſm cor noſtrũ. Et indu/
cit exemplum de ſaule: qui cũ factus eſſet rex po
puli iubente dño: vt habetur. i. Re. 9. c. dicit dñs
non per ſe eſſe factum: ſed quo ad abuſũ eius po
teſtatis. Tertio abutitur quis poteſtate ⁊ prelati
one per prauam intẽtionem: ſicut illi prelati qui
⁊ ſi bona ⁊ iuſta faciunt in ſuo regimine: hoc non
agunt ppter iuſticie obſeruationẽ: ſed ppter ſue
glorie diuulgationẽ: ſm illud Iob. 34. Regna/
re facit hipochrytam ppter peccata populi. Ubi
greg. in glo. dicit: q ptãtem principatus deus tri/
buit: elationẽ vero potentie malitia noſtra inue/
nit. ¶ Q ptãs pape ſit ſingularius a deo q̃ alie
poteſtates: declarat hoc tripliciter. ¶ Primo quã
tum ad electionẽ. ¶ Secundo q̃tum ad eius gu
bernationẽ. ¶ Tertio q̃tum ad impugnationẽ ⁊
inobedientium ſibi punitionem.

## Quantum ad primum

ſic declarat. Sicut deus generaliter habet eẽ in
omnibus rebus per preſentiam potentiã ⁊ eſſen
tiam: in ſuis tamen fidelibus habet eſſe quoda;
ſpeciali modo. ſ. per grãm ⁊ charitatem: ſic lic; in
electione omniũ poteſtatũ deus operetur: vt di/
ctum eſt: quodam tñ ſingulari mõ operat̃ in ele/
ctione ſũmi pontificis: qui ſuos fideles habet re/
gere ⁊ ordinare ad cultũ dei. Unde multum pec
cant electores: qui huic ſingulari diuine prouidẽ
tie qua regit eccl'iam non innituntur.

## Quantum ad ſecundũ

ſ. eius gubernationem q̃uis deus habeat curam
generalem omniũ rerum: ſingulari tamẽ modo
habet curam de poteſtate ſũmi pontificis regen/
tis ⁊ gubernantis eccl'iam ſuã: Unde dicit chry/
ſoſtomus in quadã omelia: q magna cura ẽ deo
de eccleſia ſua non montibus circũdata: ſed fide
circũſepta. Nam ppter eccleſiam celũ extenſu;
eſt: aer ſpãſus eſt: mare diffuſum eſt: terra funda
ta eſt: paradiſus plantatus eſt: ⁊ multa mirabilia
facta ſunt ppter eccleſiam. mare diuidebatur: et
iterum ſuebatur: ppter eccleſiam pphete: ppter
eccl'iam apoſtoli: ppter eccleſia; vnigenitus dei
filius factus eſt homo. Ego ipſam ſtatui inquit in
pſona xpi: qui celum fundaui: ⁊ angelos creaui.
Sed ppter celum crucifixus non ſum: ppter ce/
lum celeſte corpus non accepi: nec naturam an/
gelorum aſſumpſi: vt diſcas quoniã celo ange/
lis ⁊ omni creatura ſingularior ⁊ honorabilior
eſt eccleſia. ¶ Tertio oſtendit̃ excellentia huius
poteſtatis ſuper alias quantum ad punitionẽ im
pugnantium ⁊ non obedientiu; ſibi. Gerit enim
ſummus põtifex in eccleſia vicem illius prophe
te: de quo dicitur Deutrono. 18. per prophetam:
ſuſcitabo vobis de fratribus veſtris ⁊ cetera.
Quicunq; non audierit prophetam illum ego
vltor exiſtam: penam. ſ. eternam ⁊ temporale;
ſibi infligendo. glo. dicit: ex quo verbo habetur
q impingentes in ſũmum pontificem ⁊ reſiſten
tes ſibi grandi pena puniendi ſunt. Unde et ipſe
papa ſignificatur per montem ſynai: de quo dici
tur Exo. 29. q die tertio deſcendit dominus in
montem ſynai dicens filijs iſrael: Ne aſcendatis
in montem: nec tangatis fines eius: qui enim teti
gerit morietur. Significatur enim ſummus pon
tifex per talem montem. primo enim rõne gene
ralitatis: quia ſicut mediante tali monte deſcen/
dit deus coram toto populo iudeorum: ſic xp̃s me
diante poteſtate ſummi pontificis in lege noua
deſcendit deus ſup toto populo xp̃ianorum. Se
cundo rõne ſublimitatis: quia ſicut ille mõs ſub
limior erat omni alio monte: ita papa ſublimior
ẽ omni alio prelato. Tertio rõne legalis veritatis:
quia ſicut de illo monte data eſt lex: ita ab ipo pa
pa omnes leges ⁊ iura exquirenda ſunt. Omnis
ergo qui hunc montem auſu temerario tãgit im/
pugnãdo vel ſibi nõ obediendo debet mori nõ
q̃nocunq;: ſed lapidibus ⁊ iaculis confodiendus
Uñ ſymmachus ait. Quis ſanctum eſſe dubitat:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quem apex tante dignitatis attollit⁹ diſ.40.non
nos. Et bõifa.hi⁹culpas redarguere pſumit moꝛ
taliũ nullus:qꝛ cũctos ipſe iudicaturus a nemine
iudicandus:niſi dep̄hendaẗ a fide deuius. Pro
cuius ꝑpetuo ſtatu vniuerſitas fideliũ tãto inſtã
tius oꝛat:q̃to ſalutem ſuã poſt deũ ex illius inco
lumitate animaduertit ꝓpenſius pẽdere di.ca.ſi
papa. Et ſi contingat aliquos aſſumi ad pontifi/
ciũ:qui nõ ſunt boni homines:ſunt aliq̃n tñ boni
p̄lati. Nã bonum hominẽ ſimpliciter facit ſola
charitas. Sed bonus p̄latus põt eſſe ꝑ pꝛudẽtiã
ꝛ ſciam:q̄ faciũt hoĩem bonũ ſm quid.i.ex parte
intellectus:eo ꝙ ſcõm ipſam põt eſſe vtilis ad re
gimen alioꝝ. Vr.n di.lxi.ꝙ rudibus ꝛ imperitis
gubernacula eccl'ie nõ ſunt cõmittẽda. Et in hoc
etiã apparet ſingularis ꝓuidentia dei:qua regit
eccl'am ſuam mediãte etiã ptãte maloꝝ hoĩm bñ
ꝛ vtiliter. Si aũt talis ſit aſſũptus ad papatũ:q ſit
malus hõ ꝛ malus p̄latus:etiã nihilominus ptãs
taliũ eſt a deo:ꝛ ſub tali pꝛincipatu pꝛedeſtinati
purgãtur ꝛ ſaluãtur:ꝛ mali ↄterũtur ꝛ damnãtur
Semp tñ honoꝛãdus eſt rõne dignitatis. Unde
ber.ad eugeniũ li.2.ait de papa. Tu es ſacerdos
magnus ꝛ põtifex ſũmus:tu pꝛĩceps epoꝝ:tu he
res apl'oꝝ. Tu pꝛimatu abel:gubernatu noe:pri/
archatu abꝛaam:oꝛdĩe melchiſedech: dignitate
aaron:auctoꝛitate moyſes:iudica tu ſamuel:ptã
te petrus:vnctione xp̄s. Tu es cui claues tradite
ſunt.hec ille. Et cũ hoc dixit:paſce oues meas io.
vltimo. Sed hoc prius ꝓmiſerat:cum dixit:tibi
dabo ꝛ cetera.

¶ De poteſtate eccleſiaſticali largitate diuinali
ꝛ ſublimitate papali.c.3.

Tibi dabo claues re
gni celoꝝ. In q̄bus v̄bis tria pñt ↄſide/
rari. ¶ Pꝛimo ptãs eccl'iaſticalis ad plura ſe ex
tendẽs:qꝛ in plurali dicit claues regni celoꝛum.
¶ Secũdo largitas diuinalis ipam libere ↄferẽſ
qꝛ xp̄s ẽ:q ait:dabo:non vendã. ¶ Tertio ſubli
mitas papalis eã plene ſuſcipiẽs:qꝛ.ſ.dicit petro
ꝛ oĩ ſuo ſucceſſoꝛi. Unñ tibi dabo claues regni ce
loꝝ ꝛc̃. In tota cõitate xp̄iana ſeu eccl'ia ẽ neceſ/
ſariũ vnũ ſolũ eſſe p̄ſidentẽ:quẽ dicimus eſſe pa
pã ſucceſſoꝛẽ petri. Hoc aũt ꝓbat herueus in tra
ctatu de ptãte pape rõe ꝛ auctoꝛitate. Rõnẽ aũt
inducit duplicẽ. Et pꝛima ſumiẗ ex vnitate eccl'e
ꝛ ẽ talis. In oĩ vno pꝛĩcipatu bñ oꝛdinato ẽ vn⁹
ſolus ſũmus pꝛinceps:ad quẽ ꝑtinet regimẽ oĩm
q ſunt de illo pꝛincipatu:ꝛ in oĩbus que ꝑtinent
ad bonũ regimẽ illius pꝛincipatus bñ diſpoſiti.
Sꝫ pꝛincipatus eccl'ie ſeu cõitatis xp̄iane ẽ talis
vꝫ vnus et bñ oꝛdinatus:ḡ dꝫ habere vnũ ſoluꝫ
pꝛincipl'r p̄ſidentẽ:qualis ẽ papa. Maioꝛ ꝓbatur
q̃tum ad tres ptes q̄s ↄtinet. Nã ꝙ in vno p̄nci
patu dꝫ eſſe vnus ſolus p̄ſidens ſupmus:patꝫ ex
hoc:qꝛ pluralitas pꝛincipũ quoꝝ vnus nõ ſubeſt
alteri:repugnat bono reipu.qꝛ vn⁹ poſſet deſtrue
re:qđ alius poſſet facere. Unñ ex hoc ↄcludit ph's
xij.metaphyſice:ꝙ totius vniuerſi ẽ vnus ſolus
p̄nceps dicẽs ſic:entia nolũt male diſpõi:nec bo
na ẽ pluralitas p̄ncipatuũ: vnus eſt ḡ pꝛinceps.ſ.
deus. Quãtum ad ſecũdã ꝑtem maioꝛis.ſ.ꝙ ille
ſit pꝛinceps oĩm de illo p̄ncipatu pꝫ:qꝛ ſi hoc nõ
eẽt:ñ eſſet p̄nceps totius p̄ncipatus ſi aliq̄s ñ eẽt
ſub eo. ¶ Quantũ ad tertiũ pꝫ qꝛ ſi p̄ncipatus et
p̄ſidẽtia eius ñ ſe extẽderet ad oĩa que ꝑtinẽt ad
bonũ regimẽ illius p̄ncipatus:vt poſſꝫ de oĩbus
diſponere:ſua p̄ſidentia eẽt inſufficiẽs ad bñ re/
gẽdũ. Minoꝛ aũt ꝓbaẗ.ſ.ꝙ p̄ncipatus eccl'ie ſeu
cõitatis xp̄iane ſit vnus:qꝛ xp̄s dicit io.x.ſit vnũ
ouile.ſ.eccl'ie:pꝫ etiã ex ſymbolo niceni cõcilij:ꝛ
vnã ſanctã catholicã ꝛ apl'icam eccl'am. Eſt etiã
talis p̄ncipatus bñ oꝛdinat⁹:qꝛ a ſpũ ſãcto regiẗ
eccleſia ſm aug.di.8.qui ↄtẽpta.q errare nõ põt
Et ad inſtar hierarchie celeſtis optime diſpoſite
iuxta illđ exo.25.c.oĩa fac ſm exẽplar qđ tibi in
monte mõſtratũ ẽ:ḡ oꝫ eſſe vnũ p̄ſidentẽ eccl'ie
ſ.papã. Sc̃da rõ ſumiẗ ex ↄfoꝛmitate fidei ꝛ mo/
rũ:q oꝫ eẽ in tota eccl'ia dei:ꝛ ẽ talis. In tota vni
uerſitate xp̄iana dꝫ eſſe ↄfoꝛmitas de his q̄ ꝑti
nẽt ad veritatẽ fidei ꝛ bonos moꝛes circa neceſ/
ſaria ad ſalutẽ. Sꝫ talis cõfoꝛmitas ñ põt ſaluari
niſi in oꝛdine ad vnũ caput ſeu vnũ p̄ſidentẽ ad
quẽ ſpectat ſñiare q̄d credendũ ꝛ q̄d agendũ:ḡ
ꝛc̃. Et intñ eſt iſte p̄ncipatus vnus:ꝙ nullus au
ctoꝛitate hũana põt dirimere:ita ꝙ nec papa cũ
tota eccl'ia poſſet iſtã monarchiã mutare. Et rõ ẽ
qꝛ vicarius generaliſ in aliqua cõitate ſubiectañ
põt licite facere ↄ̃rium:qđ p̄ncipalis dñs oꝛdina
uit. Sꝫ dñs ieſus xp̄s cuius papa ẽ vicarius:oꝛ/
dinauit vnũ monarchã:vt pꝫ ꝑ illud:tu es pet⁹:
ꝛ ſuꝑ hanc petrã ꝛc̃. Et ſi dicaẗ:ꝙ hec vnitas mo
narchie accipienda ſit in oꝛdine ad vnũ paſtoꝛẽ:
q ẽ xp̄s:ñ valet:qꝛ oꝫ ponere monarchã:q ↄuer
ſeẗ cũ ſubditis:ꝛ eos regat ſm varietatẽ tpm ꝛ lo
coꝝ ꝛ pſonaꝝ:ꝛ vnũ ſolũ oꝛdinauit xp̄s talẽ.ſ.pe
trũ ꝛ ſucceſſoꝛes eius.d.tu es pe.ꝛc̃.ꝛ tibi dabo.
Pꝛobaẗ hoc idẽ auctoꝛitate io.x. Fiet vnũ ouile
ꝛ vnus paſtoꝛ:ꝛ ꝑ illud ẽ multiplex:ſicut multi/
plex ẽ oꝛdo. Nã in quolibet ſeptẽ oꝛdinũ impꝛi
miẗ ſpũalis character:qui ẽ quedã potẽtia ſpũalis
ad agendũ ea q̄ ꝑtinent ad illũ oꝛdinẽ. Sꝫ de oꝛ
dine ſacerdotij ẽ difficultas. Et cuꝫ ait:tibi dabo
claues re.ce.ꝛc̃.ꝑ clauẽ intelligiẗ ptãs eccl'iaſtica:
ꝛ hec dr̃ clauis ꝑ ſimilitudinẽ:qꝛ ſicut ꝑ clauem
homo põt apire ꝛ claudere:ita ꝑ ptãtem eccl'iaſti
cã clauditur regnũ eccl'ie militãtis vel triũphan
tis indignis ꝑ ſubtractionẽ abſolutionis vel per
excõicationem:ꝛ bene diſpoſitis apitur per ab/
ſolutionem a peccatis ꝛ a ſententijs. Eſt autẽ du
plex ptãs eccl'iaſtica. Unde in plurali dicit claueſ
ſ.poteſtas oꝛdinis et ptãs iuriſditionis.ptãs oꝛdi
nis ibi.ſ.tibi dabo claues regni celoꝝ:et quod/
cunq; et cetera. Tibi dicit glo. ptãtem ligandi et
ſoluendi vni.ſ.petro cõceſſit:vt vos ad vnitatẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus futurorum bonorum ꝑ proprium ſanguinē
introiuit ſemel in ſancta et eterna redemptione
inuenta:repreſentatum autem ⁊ delegatum ī pe
tro chriſti vicario. Exaltatum autem in ſua vni/
uerſali iuriſdictione:manifeſtatum in Silueſtro
papa. Dominium autem temporale quod iuſto
titulo acquiſitum ē initium habuiſſe videtur in
moyſe duce populi conſtituto a deo: poſt quem

ſecuti ſūt iudices:vt pꝫ in li.iudicū ꝑ totū.Et de
inde talis modus regendi mutat⁹ in regiū ſeu re/
gale ſceptrū in ſaule vel poti⁹ in dauid.Et ſi apō
alias nationes eſſent reges ⁊ ꝓncipes: vtꝝ iuſto
titulo obtinuerint:ignotū eſt.Monarchia autē
.i.ꝓncipale dominium mūdi ꝑmo cepit a ſyriis
ſub Nino rege niniue.Et de aſſyriis tranſlatū ē
ad medos ⁊ ꝑſas ſub cyro ⁊ dario. Et de mediſ
⁊ ꝑſis tranſlatū eſt,ad grecos ſub alexādro ma
gno:⁊ a grecis tranſlatū ē ad romanos ſub octa
uiano:qḋ dominiū demū ſubiugatū ē ⁊ ſubdi/
tū xpo:vt habeť in viſione danielis.vi.c. ſigna/
tum ꝑ lapidem ſtatuā illā in puluerē redigentē:
⁊ oſtenſū fuit octauiano impatori ꝑ ſibyllā: die
qua natus eſt rex regū ⁊ dn̄s dominantiū.Poſt
modū tranſlatū eſt impiū ſub conſtantino con/
uerſo ad fidē ſub romanis ad grecos annuente
papa ſiluestro:⁊ exinde a grecis ad alamanos ſub
Carolo magno diſponente papa adriano.Nam
⁊ ipſe Carolus magnus dn̄s erat frācie ⁊ alama
nie.Diciť tn̄ impatoꝛ etiā nūc rex romanoꝝ ꝓ/
pter dignitatē rōne deriuationis:qꝛ inde deriua
tum eſt impiū ⁊ rōne ꝯfirmationis: qꝛ a roma/
no pontifice hꝫ ꝯfirmari.Et rōne coronationis
qꝛ rome cōiter dꝫ coronari.Ex verbis aūt aug.
in li.ͦ de ciui. dei in diuerſis locis videť elici ſm
Aug.de ancho.ꝙ impiū deo diſponēte ſit tran/
ſlatū ad romanos ꝓpter.v.Et ꝑmo ꝓpter ma/
gnā reuerentiā ſacroꝝ:etiā ſi errarent ī cultu plu
rium deoꝝ.Et hoc ſatis pꝫ ex ꝑmo li.valerii ma
ximi.c.i. Secunduꝫ fuit clementia ⁊ virt⁹ aīoꝝ.
Unde in laude eoꝝ dictū ē.Parcere ſubiectis:⁊
debellare ſupbos:vt dicit virgilius.Et ꝙ acce/
pta iniuria ignoſcē poti⁹ ꝗꝫ ꝓſequi malebāt:vt di
cit ſaluſtius.Tertiū fuit fides ꝓmiſſoꝝ.i.firma
obſeruatio:exemplū pꝫ de marco regulo q cau
ſa ꝓmiſſi reuerſus eſt ad hoſtes carthaginenſes
vt dicit valerius maximus.Quartū fuit iuſticia
diſcuſſionū.Un̄ dr̄ actuū.15.ꝙ feſtus rn̄dit.Nō
eſt ꝯſuctudo romanis dānare aliquē hoīem pri
uſ ꝗꝫ ille q accuſat⁹ eſt:pn̄tes hēat accuſatores lo
cūqꝫ defendendi accipiat. Quintuꝫ fuit carentia
ꝓprioꝝ:hoc eſt ꝙ nō attendebāt ad ꝓpria cō/
moda:qḋ patꝫ ex eo qḋ ſcribiť.i.machab.8. Qꝫ
papa ſit maioꝛ impatore in dignitate pꝫ nō ſo/
lū ex auctoritate Ambroſii:ꝙ nō tam aurū ē ꝓ/
cioſius plūbo:ꝗꝫ regia ptāte ſit pontificalis auc/
toritas:vt habeť di.96.c.duo ſūt.ſꝫ etiā ꝑ exem
pla impatoꝝ gentiliū pōt oñdi. Nam vt narrat
magiſter ī hiſtoriis ſcholaſticis. Cuꝫ alexander
impatoꝛ veniret in iudeā cū ꝓpoſito exterminā
di eā ex viſione quam habuit terribili:obuians
ioiade ſūmo ſacerdoti ad eū veniēti induto pon
tificalib⁹ de equo deſcendit digniſſimeqꝫ eū ve
neratus ē:⁊ adorauit dicēs ꝓncipib⁹ ſecū comi/
tantib⁹ ſe nō ipſū adoraſſe ſꝫ deū:cui⁹ ꝓncipatuꝫ
⁊ vicē gerebat in terris. Et de ſibylla tiburtina
narrať ab hiſtoriographis: ꝙ cū oñdiſſet octa/
uiano impatori: quē romani volebant deū vo/
care circa ſolē circulū ⁊ in medio eius virgineꝫ
pulcherrimā puerū geſtantē in gremio ⁊ dixiſſꝫ
illū puerū maiorē eo.ſ.xpm:eū adorauit:⁊ ꝓhi/
buit ſe deum vocari.Cuꝫ ergo papa ſit vicarius
xpi:pꝫ dignitatē eius maiorē impiali:pꝫ etiā hoc
ex ſilitudine que induciť extra de ma.⁊ obe.ſo/
lite.Ubi papatus ſeu pontificalis dignitas aſſi/
milatur ſoli ⁊ regalis ptās lune. Sol aūt dr̄ paꝛ
omniū planetaꝝ ⁊ dn̄s:⁊ ſicut luna recipit lumē
a ſole:ita impialis dignitas ſuā iuriſdictionem a
papa.Qḋ aūt dicť Hugucio ſup.c. cū ad veꝝ di.
96.ꝙ impatoꝛ ptātē ⁊ gladii dignitatē impialeꝫ
nō recipit ab apl'ico ſꝫ a ꝓncipib⁹ ⁊ populo ꝑ ele
ctionē:dicit Aug⁹.de ancho. ꝙ qcqd fuerit de ꝓ
teritis impatorib⁹ planū eſt:ꝙ modernoꝝ impa
torū electio ꝑtinet ad ſūmū pontificē vel īmedi
ate ꝑ ſe vel mediate ꝑ electores ꝗs ipſe ordina/
uit.Itē qḋ dicit Hugucio ibidē.ꝙ ptātes dicte.ſ.
impialis ⁊ apl'ica ſūt diſcrete ⁊ diuerſe:verū eſt.
qꝛ ad diuerſa ꝓncipaliť deputate: vna ad ſpūa/
lia:alia ad tpalia nō tn̄ ita diuerſe ꝙ vna nō re/
ducať in aliā:vtraqꝫ.n.ē a deo:ſꝫ apl'ica imedia/
te:impialis ꝟo mediāte apl'ica.Itē qḋ dicit idē
ꝙ impatoꝛ eſt maioꝛ papa ī tpalib⁹:hoc nō ē ve
rū quantū ad iuriſdictionē:ſꝫ quātū ad īmedia/
tū vſū ⁊ īmediatā executionē tpaliū:ſm quē mo
dum impatoꝛ pōt dici maioꝛ xpo:qꝛ xp̄s nō ha
buit īmediatā executionē bonoꝝ tpaliū:⁊ ſi ha/
buit plenū dn̄iū ꝗtū ad vniuerſale iuriſdictio/
nē:⁊ ſic papa vicari⁹ eius ī ſpūalib⁹ ⁊ tpalib⁹ ē ma
ioꝛ ꝗcūqꝫ alio rege vel īpatore. Et ſic intelligiť
qḋ dicit nicola⁹ papa in dicto.c.cū ad verū.diſ.
.96.ꝙ ſi papa nō dꝫ vſurpare ea q̄ ſūt impatoris
quia.ſ. nō dꝫ īmediatā executionē vel adminiſtra
tionem tpaliū vti eoꝝ: que ꝑtinēt ad impatoreꝫ
Qꝫ impatoꝛ electus debeat ꝑ papā ꝯfirmari:ha
beť extra de elec.c.venerabilē.ꝙ ꝯfirmatus de/
beat ꝑ papā inūgi ⁊ cōſecrari ⁊ cōfirmari:pꝫ ex
de ſacra vnc.c.cū veniſſent. ꝙ ꝯfirmatus ⁊ iun/
ctus debeat ꝑ papā coronari:pꝫ de elec.c.vene/
rabilē.Nec obſtat ꝙ cōſtantin⁹ impatoꝛ īpoſuit
coronā ſiluestro pape:vt di.96.conſtantinus.qꝛ
hoc fecit nō ſicut dn̄iū ⁊ auctoritatē ꝓbens:ſꝫ ſi/
cut miniſter obſequēs:cui⁹ ſignum fuit:ꝙ tenēs
equū eius ſtratoris officiū ſibi exhibuit.Et ī co/
ronatione impatoꝛ pape iuramentum fidelitatis
ꝓſtat:vt pꝫ di.63.c.tibi dn̄o.Itē papa pōt impato
rem ex ſufficienti cā excōicare:vt.96.di.c.duo.⁊
ipſū deponere ⁊ impio ꝓuare:ſicut Innocentius
3⁹.depoſuit ottonē impatoreꝫ:⁊ Innocenti⁹.4⁹.
Federicū.⁊ gladio corpali ſi adminiſtrationē te
poraliū nolleꝫ dimittere ꝓſequi:⁊ bellū ꝯtra ipſū
ꝯuocare:⁊ vaſallos ⁊ ſubditos a iuramēto fide
litatis abſoluere.15.q.6.c.nos ſanctorum.

## De donatiōe facta ec/
## cleſie ꝑ cōſtantinū impatorē.

Utrū potuerit fa/
cere: ⁊ vtrū ſucceſſores eius poſſint reuocare.
Quantū ad ꝑmuꝫ dicit Aug⁹. de ancho.ꝙ pape

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum ſit verus dei vicarius in terra iure tpalium
adminiſtratio cōcedit̄ pape ab impatore ⁊ recipit̄
etiā ab ipſo: q̄ iure p̄dictoꝝ bonoꝝ adminiſtratio
recipit̄ a deo ⁊ dat̄ deo. Recipit̄ aūt tpaliū ad/
miniſtratio a deo ꝑ ipſū impatorē quātū ad vſū
⁊ quantū ad ſui officij ſtipendiationē. Nō.n.alit̄
impatores ⁊ reges tributa recipere poſſent: niſi
q2 ſtipendiarij ⁊ adminiſtri ſūt dei. Sʒ dat̄ deo
tpaliū adminiſtratio ab ipſo impatore quantum
ad honoris venerationē ⁊ dn̄ij recognitionē ⁊
ſuoꝝ miniſtroꝝ ſuſtentationē. Dicendū ḡ ꝙ cō/
ſtantin⁹ impator in illa donatione dedit pape ⁊
ſuis ſucceſſorib⁹ iperij tpalē adminiſtrationē ī ho
noris venerationē ⁊ dn̄ij recognitionē. Et papa
hanc eandē imediatā adminiſtrationē ɔcedit im/
peratori: quē eligit in vſū ⁊ in ſui officij ſtipendi
ationē ꝓ defenſione ⁊ pacifica gubernatione ec
cleſie. Et ad hoc optime facit qḋ ait dauid p̄mo
paralip. vlti. dicens. In manu tua dn̄e virt⁹ ⁊ po
tentia: ⁊ in manu tua magnitudo ⁊ impiū omniū
tue ſūt diuitie: tua eſt gloria: tu dn̄aris omnium.
Ego aūt ⁊ popul⁹ meus qd ſum⁹: vt poſſim⁹ tibi
aliqua ꝓmittere vel dare: cū tua ſint oīa: peregri
ni eni ſumus corā te ⁊ aduene. Sʒ hec ipſa que
de manu tua accepim⁹: dedimus tibi: ad hoc ēt
facit qḋ ſcribit̄. iz.q.i. videtes. Quantū ad ſecū
dū ꝙ nō poſſit reuocari talis donatio: ꝓbat idē
duplicit̄. p̄mo ſic. Qḋ ſemel deo dicatū ē: hūano
iudicio reuocari nō pōt: vnde dicit̄. iz.q.z. de re/
bus. Que deo ſemel ɔtribute ⁊ dedicate ſūt: ⁊ p⁹
ea ſub occaſione ɔceſſionis p̄ncipū a qbuſdam
inuadunt̄: ſancim⁹ vt ꝑus ɔſulatis p̄ncipē ad re/
ſcendā taꝫ p̄ſumptiuā factionē: ⁊ cognoſcendū
vtrū illius ſit conceſſio: an inuaſoris p̄ſūptio. Et
ſi p̄ncipis inordinata fuerit largitio: ipſe ſit prin
ceps ꝓ emendatione redarguend⁹: ſi aūt inuaſo
ris declarat̄ p̄ſumptio vſqꝫ ad emendationē ex/
cōicationis ſit vindicta coercēdus. Scḋo ꝓbat̄
ſic. Nō alio iure adminiſtrationē tpaliū cōſtāti/
nus recepit: niſi conſenſu populi ⁊ p̄ncipū ac vni
uerſi ſenatus vrbis rome: ſʒ cū conſenſu omniū
iſtoꝝ talē conceſſionē conſtantinus fecit eccl̄ie.
Scribit̄. n. 97. di. ɔſtantin⁹. Utile iudicam⁹ vna
cū oībus ſatrapis noſtris ⁊ vniuerſo ſenatu opti
matib⁹ etiā ⁊ cū cuncto populo romane eccleſie
ſubiacenti: vt ſicut beat⁹ petrus in terris vicari⁹
filij dei videt̄ eſſe ɔſtitutus: ita ⁊ pontifices ipſi⁹
p̄ncipis apl̄oꝝ ptātē amplius q̄ꝫ terrene impia/
lis noſtre ſerenitatis habere videt̄ cōceſſā a no/
bis noſtroqꝫ impio obtineant: ⁊ vſqꝫ in finē mū
di illibatā inconcuſſam ꝑmanere decernimus.
Tertio pōt induci ꝙ talis donatio fuit legitime
facta multoꝝ ⁊ ſanctoꝝ pontificū factū: qui tali/
bus ꝓuinciis ⁊ terris eccleſie donatis vſi ſūt vt
bonis eccleſie. Et oēs impatores iurāt pape cō
ſeruare ei iura ſua: vt pʒ diſ. 63. tibi dn̄o. ⁊ c. ego
lodouic⁹. Nec aliquis ſcūs ɔtrariū aſſerit. Nec
eſt ɔtra ſi dicat̄: ꝙ par in parē nō hʒ imperium: ḡ
qḋ conſtantin⁹ cōceſſit: alius pōt reuocare. Naꝫ
vt dicit aug. ꝙ quantū ad illa q̄ ſūt iuris poſitiui
verū eſt ꝙ par in parē nō hʒ impiū. ſʒ quantū ad
illa que ſūt iuris naturalis ⁊ dn̄ij diuini oēs obli
gant̄ p̄ntes ⁊ ſequētes: quo iure cōſtantinus talē
obligationē fecit: potius enī reddidit in illa do/
natione qḋ ſubtractū erat: q2 dn̄i eſt terra ⁊ ple
nitudo eius: cuius papa eſt vicarius: q̄ꝫ ꝙ dede
rit qḋ erat impij. De tali aūt obligatione ſic ſcri/
bit̄ in dicto. c. cōſtantinus. Corā deo viuo q nos
regnare p̄cipi t: ⁊ corā eius horribili iudicio ob
teſtamur oēs ſucceſſores noſtros impatores et
optimates cūctos ampliſſimūqꝫ ſenatū ⁊ vniuer
ſum populū in toto orbe terraꝝ nunc ⁊ in poſte
rū nulli eoꝝ quoquo mō hec ɔceſſa infringere:
vel aliquo mō ɔuelli. Si quis aūt tētator extite
rit: eternis damnationib⁹ ſubiaceat īnodatus.

## De poteſtate pape in

alios reges ⁊ p̄ncipes populi xp̄iani ſm aug. de
ancho. Sicut ſummo ſacerdoti leuitici generis
oēs iudei obedire tenebant̄: cuiuſcūqꝫ ſtatus ex
titerint: ſic oēs xp̄iani maiores ⁊ minores pape
locū xp̄i tenenti parere tenent̄. Et de obediētia
exhibenda ſūmo ſacerdoti leuitici generis ⁊ pu
nitione inobediētie habet̄ deutero. 17. Ubi dicit̄
ſi difficile ⁊ ambiguū apud te iudiciū ꝑſpexeris
venias ad ſacerdotē ⁊c. ⁊ īfra q ſupbierit nolēs
ſacerdotis obedire impio: morie̅t. Sup q̊ ver/
bo dicit glo. ꝙ cōdēnationis ſuſtinet ſn̄īam: qui
cōtēnit ſūmi pontificis obedientiā: tanq̄ꝫ ſi cōtē
neret dei omnipotentiā. Un̄ xp̄s dicit lu. x. Qui
vos ſpernit: me ſpernit. Et grego. vij. li. moraliū
ait. Peccatū paganitatis incurrit quiſqs dū xp̄ia
num ſe aſſerit: ſedi apoſtolice obedire contēnit:
di. 8i. ſi qui ſūt. exemplū pene inobedientie ha/
bes in ſaule p̄mo rege. i. R. 15. Utrū aūt ſubijciā
tur pape ipſi reges quantū ad tpaliū recognitio
nē: dicit aug⁹. de ancho. puto ꝓ veritate eſſe di/
cendū ꝙ papa vicarius ieſu xp̄i in toto orbe ter
raꝝ vice dei viuētis ſpūaliū ⁊ tpaliū hʒ vniuer/
ſalē iuriſdictionē. Sed ipſoꝝ tpaliū īmediatam
adminiſtrationē nō recepit: niſi in regionib⁹ oc/
cidentalis impij ꝑ cōceſſionē factā eccleſie a cō/
ſtantino. Quare aūt eccleſia n̄ vtit̄ tpaliū admi/
niſtratione niſi in partibus Italie mediāte im/
peratore quē eligit ⁊ nō in alijs regnis: que ſunt
in occidentali impio: hoc nō eſt ꝓpter carentiā
auctoritatis: ſʒ ꝓpter nutriendū in filijs ſuis vin
culum pacis ⁊ vnitatis: q2 ex quo impiū fuit di/
uiſum: ⁊ a diuerſis in diuerſis partibus diuerſi/
mode ⁊ tyrannice vſurpatū: eccleſia ꝓpter vitā/
dum ſcandalū iudeoꝝ ſe tributariā fecit: cum pe
tro oſtenderet ſe non obligari math. 17. ⁊ ii. q. 3.
inter verba. Qui aūt dicunt papam in ſolo orbe
totum dominiū habere ſup ſpūalia nō aūt ſuper
tpalia: ſimiles ſūt cōſiliarijs regis ſyrie qui dixe
runt. 3. R. 20. Dij montiū ſint dij eoꝝ: ⁊ ideo ſu/
perauerūt nos. Sed pugnemus contra eos ī cā/
peſtribus ⁊ in vallibus: in quibus dij eoꝝ dn̄iꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nō habent: ⁊ obtinebimus ꝯtra eos. Ad litteraꝫ
ſic hodie mali ꝯſiliarij adulatiōe peſtifera ſedu/
cunt reges ⁊ ꝑncipes terre dicētes. Dij montium
puta ſpūaliū bonoꝝ ſūmi pontifices: ſꝫ non ſunt
dij valliū: qꝛ tpalium bonoꝝ nullum dominiuꝫ
habent. Ideo in campeſtrib⁹.i. in potentia bo/
noꝝ tpalium pugnemus contra eos ⁊ obtinebi
mus. Sed quid dicat eis diuina ſnīa: audiamus
quia dixerūt inquit ſyrij: deus montiū eſt deus
eoꝝ ⁊ nō deus vallium: dabo oēm hanc multitu
dineꝫ in manu veſtra: ⁊ ſcietis: qꝛ ego ſum dn̄s.
Et hoc pꝫ ꝑ multa exempla: nō ſolum eoꝝ regū
⁊ impatoꝝ fidelium qui eccleſiā pſequentes co
nati ſūt eam exterminare: ⁊ nō potuerunt: ſꝫ dn̄s
concidit ceruices eoꝝ: ⁊ ad nihilum redegit: ſed
etiā xpianoꝝ ꝑncipum qui bellantes contra ec
cleſiam vel pſequentes ſummū pontificē exter/
minati ſūt: ⁊ ad inferos deſcenderūt: vt pꝫ de iu
liano apoſtata de mauritio impatoꝛe gregoꝛiuꝫ
pſequente: de theodorico rege Italie Johannē
papā incarcerante: de Federico impatoꝛe cōtra
eccleſiā inſurgente ⁊ multis alijs: qui male finie
runt et miſerabiliter. Qꝫ a ſententijs regū ⁊ ꝑn/
cipū omniū ad papā poſſit appellari: pꝫ ꝑ id qd̄
ſcribit̄.z.q.6.ſ. ad romanā eccleſiam: ab oībus ⁊
maxime ab oppreſſis eſt appellandū ⁊ cōcurrē
dum quaſi ad matreꝫ: vt eius vberib⁹ nutriant̄:
auctoꝛitate defendant̄: oppreſſionib⁹ releuent̄:
qꝛ nō pōt nec dꝫ mater obliuiſci filiū: ⁊ ideꝫ hēt̄
.ij.q.i. qcunqꝫ. nec obſtat extra de appel. ſi duo/
bus. vbi dicit̄ ꝙ nō eſt appellandū a iudice ſecu
lari ad papā niſi in terris eccleſie: qꝛ hoc intelli/
git̄ ꝙ nō eſt fiendū indifferent̄ ⁊ in qbuſcūqꝫ: ſed
in negocijs arduis et neceſſitate vrgente a quo/
cunqꝫ iudice qs grauet̄: ad papaꝫ recurrere pōt.
Spectat etiā ad papā coꝛrigere eos: cum delin/
quūt ſm̄ illud hiere.i. Ecce cōſtitui te ſup gentes
⁊ regna: vt euellas ⁊ deſtruas diſſipes ⁊ diſpdaſ
.ſ. ſcelera repꝛhendēdo puniēdo ⁊ amouendo: ſic
⁊ in veteri teſtamento ꝓphete q erant p̄res ſpiri
tuales in populo iudeoꝝ: auctoꝛitate dn̄i repꝛhen
debāt reges delinquētes: vt pꝫ.i. R.15.c. ſamuel
regē ſauleꝫ de inobediētia: nathā ꝓpheta dauid
regē de adulterio.z. R.iz.c. helias ꝓpheta achab
regē iſrahel de idolatria.3. R.18.c. Summus
ſacerdos oziam regē iuda de p̄ſūptione ingreſſ⁹
in templū ad incenſandū.z. palip. nicolaus papa
regē lotarium de adulterio.z.q.i. ſcelus. ⁊ hi⁹ po
teſt et ipſos reges ex cā rōnabili deponere: ſicut
zacharias papa depoſuit regē francoꝝ: ⁊ ſubſti/
tuit pipinum.15.q.6. alius.

## De poteſtate pape in

clericos ⁊ p̄cipue ī dandis officijs vel beneficijs
vbi ꝑmo ſeruanduꝫ eſt qd̄ dicit̄ di.23. vꝫ. Tales
ad miniſterium eligant̄ clerici: qui digne poſſint
dominica ſacramēta tractare. Melius eſt enī ſa/
cerdoti dn̄i paucos habere miniſtros: qui digne
poſſint opus dei exercere q̄ꝫ multos inutiles: qui
onus graue oꝛdinatoꝛi adducāt: di.61. miramur
dicit leo. Si in quibuſlibet eccleſie gradib⁹ ꝓui
denter ſcienterqꝫ curandū eſt: vt in domo dn̄i ni
hil ſit inoꝛdinatū: nihilqꝫ p̄poſterum: quanto ma
gis elaboꝛandū eſt vt ī electione ei⁹ qui ſup oēs
gradus ꝯſtituit̄: nō erret. Nā toti⁹ familie dn̄i ſta
tus ⁊ oꝛdo nutabit: ſi qd̄ requirit̄ in coꝛpe nō in
uenit̄ in capite: ⁊ infra. Sicut enī boni opis fru/
ctum ſibi cōparat: q rectū tenet in eligēdo ſacer/
dote iudiciū: ita graui ſemetipſū afficit damno:
q ad ſue dignitatis collegiū ſublimat indignuꝫ.
Seruare quoqꝫ dꝫ qd̄ ait greg⁹. di.89. Singula
eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſcūqꝫ p/
ſonis ſigillatiꝫ cōmitti iubemus. Sicut enī ī vno
coꝛpe multa mēbꝛa habemus: oīa aūt mēbꝛa n̄
eundē actū hn̄t: ita in eccl'ie coꝛpe ſm̄ veridicaꝫ
pauli ſnīam hoc officiū vni: alij cōmittendū eſt
illud ⁊c̄. Sꝫ hodie accidit: qd̄ ait hiero⁹.iz.q.z.
gloꝛia. vꝫ. Multi edificāt parietes: ⁊ colūnas ec
cleſie ſubtrahūt: marmoꝛa nitent: auro ſplendēt
laquearia: gēmis altare diſtinguit̄: ⁊ miniſtroꝝ
xp̄i nulla eſt electio: cū tn̄ idem dicat.8.q.i. licet.
ꝙ q p̄ſtantioꝛ eſt ex oī populo: q doctioꝛ: q ſanc
tioꝛ: q in omni virtute eminentioꝛ: ille eligat̄ ad
ſacerdotiū. Querit̄ ꝑ ꝑmo vtrum papa peccet
moꝛtalit̄ in acceptione pſonarū. Et rn̄det aug⁹.
de ancho. vbi ſupꝛa ꝙ moꝛtale peccatum eſt qd̄
tollit nobis xp̄m: q eſt vita noſtra: vt habet̄ co/
loſſenſes.3. Xp̄s aūt eſt ī nobis tribus modis.ſ.
ꝑ iuſticie equitatē ꝑ doctrine veritatē ꝑ vite ſan
ctitatē Jo.13. Ego ſum via.ſ. iuſticie: ⁊ veritas.ſ.
doctrine: ⁊ vita.ſ. ſanctimonie. Qn̄ igit̄ acceptio
ꝓpꝛie repugnat iuſticie eqtati: vt qn̄ papa in ali
qua cā teneret̄ iudiciū reddere alicui ⁊ nō redde
ret: ſcienter faciēs ꝯtra iuſticiā: qꝛ diues vel ami
cus vel ꝯſanguineus vel nobilis eſſet: cōtra quē
eſſet ferēda ſnīa: moꝛtale eſſet. Secūdo qn̄ ac
ceptio pſone repugnaret veritati doctrine: vt ſi
papa doceret aliquid contra bonos moꝛes vl' ſa
cram ſcripturā: vel determinaret amoꝛe alicui⁹
pſone: ſimilit̄ moꝛtale eſſet. Tertio qn̄ accep/
tio pſone repugnaret ſanctitati vite: vt qn̄ papa ī
conferendo officia vel beneficia eccleſiaſtica p/
ferret ſcienter viciosum virtuoſo ex indebita cā
vt qꝛ cōſanguine⁹ vel potēs ſilit̄ moꝛtale eēt. Itē
qn̄ papa ad p̄laturā eccleſiaſticā vl' beneficia cō
ferenda p̄ferret conſanguineos ⁊ amicos extra/
neis magis idoneis ex cauſa indebita.ſ. conſan/
guinitatis rōne ꝑncipaliter nō euadit viciū acce
ptionis pſonarum. Secus aūt ſi conſanguineos
eque idoneos ad p̄laturas pꝛefert extraneis. idē
Tho in quolibet. Itē ſi diuitē pauperi vel nobi
lem ignobili p̄fert in beneficijs cōferendis ꝑnci/
paliter rōne diuitiaꝝ vel nobilitatis acceptoꝛ ē
pſonarum: ſecus ſi hoc faceret: qꝛ eſſet eque ido
neus: vel qꝛ magis poſſet eccleſie ꝓdeſſe: pſup/
ponendo tn̄ in ipſo bonitatē. Nam quem ſciret
eſſe viciosum notoꝛie: poſſet male ei cōferre ꝓ/
pter nobilitatem vel aliquid huiuſmodi. Iteꝫ ſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad ꝓces regũ ⁊ ꝑncipum moueat̃ papa ad con
ferendum beneficia eccleſiaſtica contingit tripli
citer ibi eſſe viciũ. Primo ſi ꝓces porrigant ꝓ
indigno ſupplicãtes ꝓ illo: quẽ indignuȝ ſciunt:
peccãt vtiq̧ grauiter: ⁊ papa vel alius ꝑlatus q
illas ꝓces exaudit ſciens illũ indignũ. Secundo
contingit ibi eſſe viciũ: qñ ⁊ ſi dignus ſit ꝓ quo
rogat̃: papa vel alius nõ attendat ad dignitateȝ
ꝑſone: ſed ad fauorẽ humanũ: quẽ ꝑncipalit̃ intẽ
dit annuendo ꝓcibus rogantiũ: ꝓpter quas con
fert. Et iſtud ſecundũ ⁊ ꝑmũ ꝑtinet ad acceptio-
nem ꝑſonarũ. Secus aũt ſi ꝑncipaliter moueret̃
ꝓpter ꝑſone idoneitatẽ. Tertio contingit ibi vi-
ciũ ex parte rogantiũ: qñ hoc ꝓcurant: vt ille ꝓ
quo rogãt: eſſet eis fauorabilis in eoꝝ cauſis vł
petitionibus iuſtis vel iniuſtis: peccaret etiã con
ferens: qñ hoc ſciret ſm aug. de ancho. Itẽ pec-
cat papa: ſi confert ꝑlaturã eccleſiaſticã petenti ⁊
ꝓcuranti ſm aug. de ancho. qꜫ ꝓcurans ꝑ ſe vel
ꝑ alium hoc: vel eſt iniuſtus vel eſt ſupbus. iniu
ſtus qdem qꜫ plus vult ſibi de honore accipere
aut de ꝑtãte vel alijs modis de qbus neſcit ſe di
gnum. Supbus qꜫ ſine ſupbia nõ eſt: ꝙ aliquis
extimet ſe magis dignũ ꝑlatione q̃ꝫ alij: quibus
ꝓficitur. Et videt̃ idem ſentire de quocũq̧ bene
ficio eccleſiaſtico. Sed tho. ray. ⁊ alij dicũt hoc
ſolũ habere locũ in beneficijs curatis rõne cure
animaꝝ: q̄ idonee adminiſtrari nõ põt ſine gra-
tia ſeu charitate: quã nullus ſe habere ſcire valet
De alijs vero. ſ. nõ curatis dicũt licere ꝑ ſe vel ꝑ
alium ꝓcurare: ſi alias eſt dignus. Et hoc videt̃
ſonare auctoritas aug. quã ꝓ dicti ſui cõfirma-
tione ipſe augu. de ancho. inducit: ⁊ habet̃. 8. q. i.
qui epatũ vbi ait: ꝙ locus ſupior ſine quo popu
lus regi nõ põt: ⁊ ſi adminiſtrat̃ vt decet: inde-
center tñ appetit̃. Et ſic pȝ ꝙ loqt̃ d̃ ꝑlatura. De
hac materia vide diffuſius in ſcd̃a ꝑte ti. 3. c. de
ambitione. Itẽ tenet aug⁹. vbi ſupra ꝙ peccat q
ꝓcurat magiſteriũ: ⁊ petit licentiã magiſtrandi.
Et hoc ꝓpter ꝑiculum qd̃ in eo incurrit̃: qꜫ ⁊ ſi
ſciat ſe habere ſcientiã valentẽ ad ſalutẽ ſuam ⁊
alioꝝ: qualiter tñ poſſit adminiſtrare illã ad ſa-
lutem alioꝝ ſcire nõ põt. Et ꝓpter honorẽ q ibi
annectit̃: vnde aliqñ ſupabit̃: ⁊ ꝓpter gloriã que
in ipa qñq̧ appetit̃: omiſſis alijs malis que inde
aliqñ ſequunt̃. Et ex hoc videt̃ innuere ꝙ papa
peccet tali ꝓcuranti cõferendo. Tho. tñ in quoli
bet cõtrariũ tenet. ſ. ꝙ licitũ ſit ꝓcurare: dũmo-
do alias ſit idoneus: ⁊ habeat rectã intentioneȝ
. ſ. cõicandi ſcientiã ad honorẽ dei ⁊ ſalutẽ aĩaꝝ:
de hoc etiã diffuſius ſupra. c. de ambitione.

## De ꝑtãte pape vtruȝ

ſcilicet poſſit aliquos iuſte ad penã inferni dam-
nare. Et rñdet aug⁹. de ancho. ꝙ ſic ꝑ decretum
nicolai pape diſ. 23. in noĩe dñi. vbi dicit de illis
q ſeditionẽ ponũt in eccleſia ⁊ potiſſime in ele-
ctione ſummi pontificis: ꝙ ꝑpetuo anathemate
damnent̃: ⁊ cũ impijs qui nõ reſurgũt in iudicio
deputent̃ ꝗ ⁊c̃. Iſta tñ videt̃ impropria ⁊ larga
locutio: qꜫ qd̃ inobediẽtes decreto vel ꝓcepto
pape iuſto ⁊ in tali obediẽtia decedentes dam-
nent̃: hoc nõ eſt cauſalit̃ vel occaſionalit̃ ex ꝑte
ꝑtãtis vel volũtatis ꝓprie niſi occaſione accep-
ta ꝑ inobedientẽ nõ data ꝑ papã: ſed hoc ex ꝑte
rebellionis ⁊ obſtinationis ĩ tranſgrediẽte man
datũ. Nã ⁊ tranſgreſſor talis ꝓcepti põt ad peni
tentiã reuerti: ⁊ euadet damnationeȝ. Preterea
eodeȝ modo ⁊ rõne põt quilibet ꝑlatus mittere
ad infernũ ſubditũ ſuuȝ: qꜫ põt ei aliqd ꝓcipere
qd̃ tranſgrediẽdo vel ꝯtẽnendo dãnabit̃: ſi nõ
peniteat: qd̃ vtiq̧ nõ attribuit̃ ꝑtãti ſupioris ſed
diſpoſitioni ⁊ male volũtati inferioris nõ obe-
dientis. Uerũ in hoc eſt dr̃ia int̃ papã ⁊ alios ꝑ-
latos: qꜫ ipſe põt facere canonẽ vel ꝓceptũ gene
rale: qd̃ oẽs fideles obligat: ſed alij ꝑlati nõ: niſi
ſibi ſubiectos. Ad auctoritatẽ inductã rñdet̃: ꝙ
loquit̃ ꝑ modũ impꝓcationis zelo diuine iuſticie
ſicut fecerũt ſancti: vt habet̃ in ſcripturis vel per
modũ impꝓcationis: qꜫ talib⁹ eueniet damnatio.

## De poteſtate pape in

ordinãdis officijs eccl̃ie. Sicut. n. ſm Iſido. di.
25. c. ꝑlectis. ep̃us dicit̃ ordinator in cũctis. ſ. in
ſua dyoceſi: ita papa in vlĩ eccleſia. Pro cui⁹ de-
claratione nota ſm augu. de ancho. vbi ſupra: ſi
cut docente ap̃lo ĩ corpore hũano ſingula queq̄
mẽbra ꝓpria ⁊ diſcreta officia habẽt: ⁊ vnũqdq̧
nõ ſibi ſoli agit: ſed alijs etiaȝ ſic ĩ corꝑe eccleſie
dona officioꝝ diſtincta ſũt ⁊ diſtributa diuerſis
⁊ vnuſqſq̧ nõ ſibi ſoli deſeruit in eo qd̃ ſolus hȝ
ſed ⁊ alijs. Iſtoꝝ aũt officioꝝ ꝑncipalis diſtribu
tor eſt xp̃s dicẽte ap̃lo ad ephe. 4. Unicuiq̧ ve
ſtrũ data eſt gratia ſm menſurã donationis xp̃i:
q dedit quoſdã qdem ap̃los: quoſdã ⁊c̃. Execu
tor aũt ordinationis iſtorũ officioꝝ eſt ipſe pa-
pa: q vice xp̃i aliquos ordinat loco ap̃loꝝ: ꝑ q̃s
xp̃i doctrina ſit teſtificãda: aliq̃s loco ꝓphetaꝝ:
ꝑ q̃s ſit exponenda: aliquos loco euangeliſtarũ:
per quos ſit ſcribenda ⁊ declaranda: aliquos lo
co paſtorum ꝑ quos ſit executioni mandanda.
Hunc ordinem officiorũ eccleſie in figuram ve-
nit regina ſabba. i. gentilitas a finib⁹ terre vide-
re: videnſq̧ domum ſalomonis. i. eccleſiam xp̃i
⁊ cibos menſe eius. i. ſacramenta ⁊ dogmata et
ordinem miniſtrantiũ. i. varietatẽ officiorũ ordi
natam: veſteſq̧ eorũ. i. virtutes exteriorẽ mode
ſtiam ⁊ holocauſta q̄ offerebant̃. i. orationes nõ
habens vltra ſpiritum pre admiratione dixit.
Beati viri tui ⁊ beati ſerui tui qui ſtant coraȝ te
ſemp. 3. R. 10. Et quãuis etiã terrena poteſtas va
ria officia ordinet in temporalibus: tamen ſpiri
tualis poteſtas eccleſie poteſt officia terrene po
teſtatis corrigere ⁊ remouere: ſed terrena pote-
ſtas non poteſt officia eccleſie immutare. Unde
Innocen. dicit ꝙ ad mobilitatẽ neceſſitatũ mũ
danoꝝ. i. officiorum ⁊ poteſtatem dei. i. eccleſiaȝ
cõmutari honores aut diuiſiões ꝑpeti nobis nõ

eſt viſum.di.10.lege. Et qđ ait greg⁹.di.89.ſingula.ꝙ vni quantūcūqꝫ exercitato nō ſunt cōmittenda duo officia eodem tēpore:intelligit̄ regulariter ⁊ de iure communi:ſed papa qui eſt iuris conditor:huic legi nō tenetur: qꝛ pōt plura vni cōmittere vel ꝓpter pſone cui cōmittunt̄ idoneitatem:vel ꝓpter officialium paucitatem ſeu ꝓpter eccleſie neceſſitatem.

## De poteſtate pape in nouis religionibus creandis.

Ipſe ſolus nouas religiones creat ⁊ approbat:extra de reli.do.ne nimia. Pro cuius declaratiōe nota tria ſm aug. de ancho.pmo ex parte eccleſie ꝓmotio. Nam quelibet religio debet ordinari principaliter ad cultum dei ⁊ ad ꝓmotionem eccleſie. Secundo ex parte religionē intrantiū cōſideratur charitatis pfectio: quia quelibet religio eſt q̄dam via tendendi in pfectionē charitatis. Tertio ex pte diuini cultus ad quē religio inſtituit̄:conſideratur debita ordinatio. Opponit̄ enī religio ſupſtitioni:qꝛ ſupſtitio non eſt aliud niſi religio ſupra modū ſeruata:quia cultum diuinuꝫ ſupſtitioſus vult impendere cui nō debet:vel quo mō nō debet:vt dicit glo.ſup illo verbo colo.2.habent ꝗdem rationē ſapientie in ſupſtitione.ꝓpter iſta ꝗ tria ſolius pape eſt religionē ordinare ⁊ ordinatā approbare:qꝛ ſol⁹ ipſe hꝫ ↄſiderare vniuerſalē eccleſie ꝓmotionē. Semp enī artifex ſupmus finē cōſiderans habꝫ oēs inferiores ad illū finē dirigere ⁊ ordinare:vt dicit pħus pmo ethicoꝝ. Et cū ipſum ſupremū pfectionis gradum in eccleſia teneat:ipſe ſolus hꝫ alijs viā ad pfectionē tendendi oñdere. Similit̄ ſolus ipſe hꝫ illa que ad diuinū cultum ptinent vniuerſalit̄ ordinare. Et q̄uis oēs qui iure colunt deū:cōiter poſſint religioſi appellari:ꝓpter qđ iudei qui verū deū colebant:religioſi dicti ſunt actuum.2.vbi dicit̄ ꝙ multi religioſi ex iudaiſmo cōuenerant ex oī natione:que ſub celo eſt: ꝓprie tamen ⁊ diſtricte religioſi dicunt̄:qui totā vitam ſuā diuino cultui dedicant a mūdanis ſe ſubtrahētes ꝑ pfeſſionem ⁊ habitus ꝓfeſtationē:vel diuine cōtemplationi vel animaꝝ inſtructioni:vel alicui fructuoſo operi exteriori: ad eoꝝ pfectionis exercitationē ⁊ eccleſie ꝓmotionem inſiſtentes. Et q̄uis religiones pticulares ab eoꝝ fundatoribus ſpecialibus nominentur vt benedicti dominici franciſci ⁊ hi⁹:tñ religiones dici non debent:niſi fuerint ꝑ eccleſiam approbate ⁊ confirmate.

## De poteſtate pape in dando exemptiones quibuſcunqꝫ a ſuis ordinarijs prelatis.

Sicut enī moyſes in veteri lege ꝗ figuram in qbuſdā geſſit ſūmi pontificis:cōmittebat minora ſenioribus iſrahel:maiora ꝟo ſuo iudicio reſeruabat: vt habet̄ exo.18. ſic maiora collegia ⁊ maiores pſonas de eccleſia ſue viſitationi ⁊ correctioni īmediate reſeruare pōt. Pro cuius declaratione dicit aug⁹.de ancho. vbi ſupra ꝙ in exemptione tria poſſumus cōſiderare: .ſ.papam eximentē pſonam exemptam ⁊ ipſam exemptionē. Et ex hoꝝ quolibet patere poteſt: ꝙ papa in eccleſia pōt facere exemptionē quam vult. Et quantū ad pmum: cū papa ſit vicarius filij dei:ſicut qđ deus fecit mediantib⁹ creaturis tanq̄ꝫ mediantib⁹ cauſis ſecūdis: totū pōt facere īmediate ꝑ ſeipſuꝫ:ita papa ſaltē quantū ad ptātem iuriſdictionis. Sicut oēs fideles regit mediantib⁹ eccleſie miniſtris: ita pōt īmediate oēs ꝑ ſeipſum regere. Et ſi hoc nō facit nō ex defectu virtutis ⁊ potentie: cū miniſtri nō regant niſi ex virtute eius. Sed magis hoc eſt ex cōicatiōe bonitatis ⁊ clementie ei⁹:ſic apparet etiā de deo. Scđo oſtendit̄ idē ex pte exēptoꝝ. Sic enī debet eſſe in eccleſiaſtica hierarchia: ſicut eſt in celeſti hierarchia ſm dionyſiū: ſed ī celeſti hierarchia eſt:ꝙ angeli de ſupma hierarchia ſūt exempti: qꝛ non recipiunt diuinas illuminationes mediantib⁹ alijs: ſed īmediate ꝑ ſeipſos ⁊ ꝑ eos ad oēs inferiores deriuant̄. Tertio iſtud patꝫ ex pte ipſius exemptionis. Cū enī papa ſit caput totius eccleſie:nō debet ipſe ꝓuari opatiōe hierarchie:q̄ eſt viſitatio ⁊ correctio:vt ipſe aliq̄s imediate ſupponat ſibi ꝑ exemptionē ⁊ ſubtrahat a viſitatione ⁊ a correctione inferioꝝ prelatorum nō tñ pōt papa aliquos eximere in ſpūalibus vl' tpalibus a ſeipſo: qꝛ oīs ptās includitur in ptāte clauiū:que nō niſi petro cōceſſa eſt. Sicut enim deus fidelis eſt: ⁊ ſeipſū negare non pōt.2.thi.2. Negaret aūt ſeipſum: ſi eximeret aliquos a ſuo dñio ſpūali vel tpali: qꝛ tunc negaret ſe eſſe dominū omniū tam tpalium q̄ꝫ ſpūaliū. Cū igit̄ papa ſit verus vicari⁹ dei: ſi aliquos eximeret a ſeipſo in iuriſdictione tpalium vel ſpūalium:negaret ꝙ nō eſſet verus dei vicarius. Unde nō eſt dubium:ꝙ ſi papa ꝓ tali veritate teſtificāda moriretur:vere martyr xp̄i eſſet cenſendus.ſ.conſtanter negando aliquē clericum vel laicū reges vel impatorē eſſe ſe exemptū ab eo in iuriſdictione tpalium vel ſpūaliū. Nec obſtat ꝙ ex antiq̄ conſuetudine in gallicana eccleſia:plati francie nō recognoſcant tpalia a papa:ſed a rege: ⁊ ipſe rex a nullo recognoſcat: qꝛ abuſio dicenda eſt ⁊ nō ſequenda:di.8. ſi cōſuetudinem. Fuiſſe autē valde congruum aliqua collegia ⁊ pcipue religioſoꝝ eximere a iuriſdictione epiſcopoꝝ ⁊ aliorū oſtendit aug⁹.de ancho.vbi ſupra dicens: ꝙ ordinatio ſubditoꝝ ſub plato eſt facta in cōmodum ipſoꝝ ſubditoꝝ ⁊ eoꝝ vtilitatem potiſſime quantū ad tria. Primo quantū ad delinquētium correctionē. Scđo quantū ad bonorū ꝓmotionē ⁊ eoꝝ quietiorem contemplationē. Tertio quantū ad collegioꝝ ſeu monaſteriorū vel eccleſiaꝝ tutiorē gubernationē: que q̄dē tria quandoqꝫ contingit impediri ꝑ īmediata epoꝝ iuriſdictione. Nā plati in eorum viſitatione nō ſolū ſubditos grauant:nō admonēt ⁊ corrigunt

ſed expoliant adducentes turbã equoꝝ ⁊ famu
lorum:ꝑ quoꝝ viſitationẽ qđ infirmũ eſt nõ cõ/
ſolidatur:qđ egrotum eſt nõ ſanat̃:qđ ↄfractum
nõ alligat̃:qđ abiectũ nõ reducit̃:qđ ꝑditum nõ
requirit̃:vt magis dici debeat diſſipatio ꝙ̃ viſi
tatio.ꝓpter qđ dicit dñs ezechieli.34.Ecce ego
ipſe ſuꝑ paſtores requirã gregẽ meuꝫ de manu
eoꝝ:nec paſcant amplius ſemetipſos:ſꝫ ego ipſe
requirã oues meas:⁊ viſitabo ipſas.Et ideo per
papã cui cura debet eſſe de oĩbus ad ꝓuidendũ
qđ vtilius eſt:congruũ eſt aliqua collegia ⁊ ali/
quas ꝑſonas eximi:vt in his que dicta ſũt: quie
tius ⁊ ſecurius poſſint ꝓmoueri: nec in hoc de/
bent epi grauari vel ꝑturbari:ſi ſine eoꝝ culpa
alique ꝑſone vel collegia ſubtrahant̃ a iuriſdic/
tione ipſoꝝ:qꝛ cũ ſubditi nõ ꝓſupponant̃ eis:im
mo maximũ beneficiũ fit:cũ tales ſubditi ab eo
rum iuriſdictione ſubtrahant̃. Sic enĩ populus
dei eſt multiplicatus: vt vix ſufficiãt vires ꝓlati
mediã ꝑtem ſubditoꝝ inſtruere ⁊ corrigere:pre
ſtatur aũt ꝓiudiciũ his qui querũt:q̃ ſua ſunt: nõ
q̃ ieſu xpi. Nec eſt ↄtra qđ ſcribit̃.93.di. Nulla
rõne clerici aut ſacerdotes habendi ſũt:qui ſub
nullius epi diſciplina ⁊ prudentia gubernant̃:qꝛ
tales acephalos cõſuetudo nũcupauit. Loquitur
enĩ illud.c. de clericis vagabũdis ⁊ ꝑteruis:vt
pꝫ ꝑ id quod ſequit̃. Nec enim monachi vel alij
q eximunt̃ ſine capite ſunt:quia ſupponunt̃ viſi/
tationi ⁊ correctioni ſuoꝝ prelatoꝝ. Et eiſdem
rationibus dantur a papa ⁊ priuilegia in multis
contra ius cõmune ⁊ cõſeruationes ꝓuilegioꝝ:
de quibus vide in parte ꝓma ti.8.

¶ De poteſtate pape in diuerſis materijs ex his
que ponit Tho.in diuerſis libris ſuis ꝑ queſtio
nes formatas.xxx.vel circa.

## Q Uerit̃ primo.vtrũ

pontifex romanus ſit primus ⁊ maxi/
mus oĩuꝫ epiſcoporũ ⁊ patriarchaꝝ. Ad qđ rñ/
det.b.tho.ĩ tractatu cõtra errores grecoꝝ.c.66.
ꝙ ſic:qđ ꝓbat ex canone concilij vl'is:vbi dicit̃
veneramur ſ̃m ſcripturas ⁊ canonũ diffinitiões
ſanctiſſimũ antique rome epm primũ eſſe ⁊ ma
ximum omniũ epoꝝ. Et hoc auctoritati conſo/
nat ſacre ſcripture:q̃ ꝑ apl'os petro attribuit pri/
mũ locũ tam in euangelijs ꝙ̃ in actibus apl'oꝝ.
Unde dicit Chryſoꝰ.ſuꝑ math. tractãs illud ac
ceſſerũt diſcipuli ad ieſum dicẽtes. Quis maior
eſt in regno celorum:ſic quoddã humanũ ſcan/
dalum cõceperũt:qđ etiã in ſe occultare nõ pote
rant: ⁊ tumore cordis nõ ſuſtinebant in eo ꝙ vi
derant petrũ ſibi preferri ⁊ ꝓhonorari. Qꝫ etiaꝫ
papa ꝓlatus ſit ceteris patriarchis:in eo.li.aſſe/
rit idem doc.inducens ad hoc dictũ Cyrilli qui
ait:ꝙ ipſius.ſ.aplici throni romanoꝝ pontificũ
ſolius eſt reꝓhendere ſtatuere corrigere diſpo/
nere ſoluere ⁊ ligare:qui ipſũ edificauit:hoc etiã
patet ex auctoritate dñi dicẽtis luce.22.tu aliqñ
cõuerſus confirma fratres tuos.

## Secũda qđ eſt. vtrum

papa in totam eccleſiam xpi vniuerſaleꝫ prela/
tioneꝫ habeat: Ad hanc.q. rñdet affirmatiue.b.
Tho.in ꝓlato tractatu contra errores grecoꝝ in
.c.67. vbi dicit ꝙ ꝓdictus xpi vicariꝰ in totã ec/
cleſiã xpi vniuerſalẽ ꝓlationem obtinet. Legitur
enĩ in chalcedonẽſi cõcilio:ꝙ tota ſynodus leo/
ni pape acclamauit. Leo ſanctiſſimꝰ aplicus icu/
menicus.i. vniuerſalis patriarcha ꝑ multos an/
nos viuat. Et Chryſoꝰ.ſuꝑ math. Filius q ꝓſens
eſt ⁊ ipſius filij ꝑtatẽ petro vniuerſalit̃ conceſſit
vbiqꜫ terrarũ: ⁊ homini mortali oĩuꝫ que ſũt in
celo:dedit auctoritatẽ dando ei claues ad hoc:
vt eccleſiã vbiqꜫ terrarũ ãpliet: ⁊ ſuꝑ Jo.ĩ ome.
.85. Jocabũ localit̃ terminat in loco:petrũ autẽ
totius orbis magiſtrũ ⁊ doctoreꝫ: hoc ẽt trahit̃
ex auctoritate ſcripture. Nam petro oues ſuas
xps indiſtincte cõmiſit dicẽs Joh.vltimo.paſce
oues meas.dicere aũt pontificẽ romanũ vel ro/
mane eccleſie nõ habere vniuerſalis eccleſie ꝓ/
matum:eſt error ſimilis errori dicentiũ ſpirituꝫ
ſanctũ a filio nõ ꝓcedere: vt dictus.ſ.tho.in dic
to tractatu contra errores hereticoꝝ. Nam ipſe
xps dei filius ſuã eccleſiã cõſecrat:⁊ ſibi ↄſignat
ſpiritu ſãcto quaſi ex ſuo charactere ⁊ ſigillo: vt
ex ſupra poſitis auctoritatibꝰ habet̃:⁊ ſimilit̃ xpi
vicarius ſuo ꝓmatu ⁊ ꝓuidentia vniuerſalẽ ec/
cleſiam tanqꜫ fidelis miniſter xpo ſubiectã ſer/
uat:⁊ ad id qđ dicit̃ di.¶ Nullus patriarcharũ
vniuerſali vocabulo vnqꜫ vtat̃: et in.c.ſequenti
vbi gregꝰ.ꝓhibet ſe vniuerſalẽ vocari. Rñdet
.b.Tho.in tractatu contra impugnantes religio
nẽ ſic dicẽs:ꝙ papa vniuerſalẽ pontificẽ ſe ꝓhi/
bet noĩari:nõ hoc ideo eſt:ꝙ ipſe nõ habeat auc
toritatẽ ĩmediate ⁊ plenã in qualibet eccleſia:ſꝫ
qꝛ nõ ꝓficitur cuilibet ꝑticulari eccleſie: vt pro/
prius ⁊ ſpecialis illius eccleſie rector: ſic enĩ ceſ
ſarent omniũ alioꝝ pontificũ poteſtates.

## Tertia queſtio vtrum

papa ſit caput vniuerſalis eccleſie. Ad qđ rñdet
.b.Tho.in multis locis ⁊ potiſſime in tertia ꝑte
.q.8.ar.6. vbi querẽs vtrũ ſit ꝓpriũ xpi eſſe ca/
put eccleſie:ita ꝙ caput in alia mẽbra tripliciter
influit. Uno modo intrinſeco influxu ꝓut virtꝰ
motiua ⁊ ſenſitiua a capite deriuat̃ ad cetera mẽ
bra. Alio mõ ſ̃m exteriorẽ quendã gubernatio/
nẽ:ꝓut.ſ.ſ̃m viſum ⁊ alios ſenſus q in capite ra/
dicant̃ dirigit̃ hõ ĩ exterioribꝰ actibus. Interior
aũt influxus grẽ nõ eſt ab aliquo niſi a ſolo xpo
cuiꝰ hũanitas ex hoc eſt: ꝙ diuinitati cõiũcta hꝫ
virtutẽ iuſtificandi. Sꝫ influxus ĩ mẽbra ecclie
quantũ ad exteriorẽ gubernationẽ põt talibus
cõuenire:⁊ ſ̃m hoc alij pñt dici capita ecclie ſ̃m
illud amos.6.optimates capita pplo꜡:differẽt
tñ a xpo. Primo ꙗ̃tũ ad hoc ꝙ xps ẽ caput oĩuꝫ

coꝝ:q ad eccleſiā ptinent ſm oēm locū ⁊ tpus ⁊ ſtatū. Sȝ hoīes dicūt capita ſm ſpālia loca ſicut epī ſuarū ecclīaꝝ. vl ſm determinatū tpus:ſicut papa ē caput totius ecclīe.ſ.tpe ſui pontificatus ⁊ ſm determinatū ſtatū:put.ſ.ſūt ī ſtatu viatorꝫ: ⁊ ſic papa ē caput fideliū ſȝ viatoꝝ tantū. Alio mō ſm hoc ꝙ xpus ē caput ecclīe ppria virtute. Alij vero dicunt capita:ī quantū vicē gerūt xpi ſm illud coꝛ.2. Nec ⁊ ego qd donaui:ſiquid do naui ppter vos ī pſona xpi. Ex his ēt patet papā eē ſuperiorē ī tota eccl'a:qd ēt videt idē doctoꝛ aſſerere ī.4.di.50. Ubi querēs an oēs tenēt ad ieiuniū:dicit arguēdo ſic ſm ber.ī li.de di.⁊ pre. ī pcepto ſupioꝛis nō pōt diſpenſare inferioꝛ:ſȝ q libet ſingulaꝝ pſonaꝝ ē īferioꝛ:q̄ȝ eccl'a q̄ ieiuniū ſub pcepto ſtatuit:niſi forte ille q ē caput totius ecclīe vl loco capitis.ſ.papa. Itē ſequit:ꝙ nullus pōt diſpenſare.ſ.niſi papa.

## Quarto queritur. vtrum papa ſit ſponſus vniuerſal' ecclīe.

Ad qd rñdet.b. tho.in tractatu ↄtra īpugnātes reli.dicens : ꝙ ſponſus ecclīe ppe loquēdo ē xps:de quo dicit.q hȝ ſpōſā ſponſus ē:io.3. Ipſe enī de eccl'a ſuo nomini filios generat. Alij autē ſponſi dicunt ſicut miniſtri ſponſi exterius coopantes ad generationem ſpūaliū filioꝝ:quos qdem nō ſibi ſȝ chriſto generant:qui qdē miniſtri in tantū ſponſi dicūt in quantuȝ vicē veri ſponſi obtinent. Et iō papa q obtinet vicē veri ſponſi ī tota eccl'a vniuerſalis ſponſus ecclīe dicit. Et q̄uis epus ſue dioceſ ſpōſus ſit ⁊ preſbyter ſue ecclīe:nō ppt hoc ſeqtur: ꝙ ſint plures ſponſi vnius ecclīe ſm.b.tho.ī dicto tractatu. Et rō ē:q2 ſacerdos ſuo miniſterio cooperat epo tanq̄ pncipali ⁊ ſilr epī pape:⁊ papa ipſi xpo. Unī xps papa et epus ⁊ ſacerdos non ↄputant niſi vnus ſpōſus ecclīe.

## Quinto queritur vtrū

reges ⁊ pncipes xpiani ⁊ p ↄſeqnēs oēs fideles teneant eē ſubditi ro.pōtifici. Ad qd.b.tho.affirmatiue in tractatu ſuo de rege ⁊ regno ad regem cypri ibi loquēs de regno ecclīe ⁊ regali ſacerdotio ita ait. Huiuſmōi regni myſteriū vt a terenis ſpūalia eēnt diſcreta nō terrenis regibꝰ ſȝ ſacerdotibus ē cōmiſſū:⁊ pcipue ſūmo ſacerdoti xpi vicario romano pōtifici cui oēs reges xpianos oȝ eē ſubiectos ſicut ipī dño ieſu xpo:ſicut enim ad quē vltimi finis ptinet directio ſubijci debēt illi ad quos ſpectat cura añcedentiū finiū:⁊ eiꝰ imperio dirigi. Et q2 ſacerdotiū gentiū ⁊ totus diuiorū cultꝰ erat ppt tpalia ↄgrēda:q̄ oīa ordinant ad multitudinis bonū cōe:cuiꝰ regi cura īcūbit: cōſequēter ſacerdotes gētiliū regibꝰ ſubijciebantur. Sȝ ēt ī veteri lege pmittebāt bona tpalia ſiue terrena nō a demonibꝰ ſȝ a bono deo religioſo pplo exhibenda. Unī ⁊ ī veteri lege ſacerdotes legunt regibus fuiſſe ſubiecti. Sȝ ī noua lege ē ſacerdotiū alterius:p qd hoīes traducūtur ad bonā celeſtia. Unde in lege xpi reges debent eē ſacerdotibus ſubiecti. Inde mirabilit ex diuīa ſapīa factū ē:vt ī romana vrbe quā deꝰ pūiderat xpiani ſacerdotij pncipalem ſedē futurā:hmōs paulatim ìoleſceret:vt ciuitatis rectores ſacerdotibus ſubderēt. Sic enī maximꝰ valerius refert oīa poſt religionē ponēda ſemp nr̄a ciuitas duxit:⁊ ī quibꝰ ſūme maieſtatis decꝰ ↄſpici valuit:quapꝛopt nō dubitauerūt ſacrꝭ īperia famulari.

## Sexto queritur an ſit de ne

ceſſitate ſalutis ſubeſſe romano pōtifici? Ad qd rñdit.b.tho.affirmatiue ī libro de erroꝛibꝰ grecoꝝ.c.22. vbi ſic ait. oñdit etiā ꝙ ſubeſſe romano pontifici ſit de neceſſitate ſalutis. Dicit enī cyrillus ī libro theolo. Itaq fr̄es mei ſi xpm imitamur:vt ipſius oues vocē audiamꝰ manētes in eccl'a ſancti petri nō inflemur vento ſupbie:ne forte tortuoſus ſerpens ppt nr̄aȝ ↄteptionē nos eijciat:vt euā olim de paradiſo. Et maximus in epl'a orientalibꝰ directa dicit. Coadunatam ⁊ fūdatā ſup petrā ↄfeſſionis petri dicimꝰ vniuerſalē ecclīaȝ ſm ſaluatoꝛis diffinitionē: ī qua neceſſario ſalutis aīarū nr̄arū noſtrū ē manē:⁊ ē obedire ſuā ſeruantibꝰ fidē ⁊ ↄfeſſionē. Eſt autē hereticū dicere nō eē obediēdū ſtatutis papalibus ſm.ſ.tho.ī libro ↄ īpugnātes religionē: vbi in decretis di.22.dicit. Omnis q romane ecclīe puilegiū ab ipſo ſūmo ecclīarū capite traditū auferre conat:pcul dubio ī hereſim labit.⁊ ifra:fidē qppe violat:q aduerſꝰ illā agit:q̄ ē fidei mat. Hoc autē priuilegiū xps romane ecclīe ↄtulit:vt oēs ei ſicut xpo obediant. Unō cyrillus ī libro theologoꝛum:vt mēbꝛa maneamus ī capite nr̄o apoſtolico thꝛono romanoꝝ pontificū:a quo nr̄m ē quomō ⁊ qd credere ⁊ qd tenere debeamꝰ ipſuȝ venerātes ipm rogantes p oībus:qm̄ ipſius ſolū ē repꝛhēdere corrigere diſponere ſtatuere ſoluē ⁊ loco ipſius ligare:q ipm edificauit: vt nulli alij qd ſuū ē:plerunq ipī ſoli dedit:cui oēs iure diuino caput īclināt:vt pmates mundi tanq ipī dño ieſu obediūt. Unī pȝ:ꝙ quicūq dicit nō eē obediendū ī his.q̄ p papā ſtatuūt.ī hereſiȝ labit. Et ad ideȝ ē:qd ipe doctoꝛ ↄcludit libro.4.contra gentiles.c.76.

## Septimo queritur vtrū ſit magis

obediēdū pape q̄ȝ alteri cuiuſcūq poteſtati īferiori. Ad qd rñdet ſanctꝰ tho.ī.2.ſñiaꝝ di.ſi.i reſponſione lr̄e ꝙ ſic. Et p maioꝛi declaratiōe fac quādā diſtinctionē:videlȝ ꝙ poteſtas ſuperioꝛ ⁊ īferioꝛ dupliciť ſe pñt habere:aut ita ꝙ īferioꝛ poteſtas ex toto oꝛiat a ſupioꝛi:⁊ tūc tota virtus inferioꝛi ꝫ fundat ſup virtutē ſuperioꝛis:⁊ iō ſimpliciter ī oībus ē magis obediendū poteſtati ſuperiori q̄ȝ īferioꝛi. Sicut etiā in naturalibus cauſa pma plus influit ſuper cauſatū cauſe ſecunde q̄ȝ etiā ipa cauſa ſecunda:vt dicit in libro d cauſ ⁊ ſic ſe hȝ poteſtas dei ad oēȝ creatā poteſtatem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝛ ſicut ſe habet poteſtas ſuperioꝛis ad poteſtatē
inferioꝛis vt pn̄cipis ad ꝓconſulem: ſic etiā ſe ha
bet poteſtas pape ad oēm ptātē in eccleſia: qꝛ ab
ipſo papa gradus dignitatis diuerſi ī eccleſia diſ
ponunt̄ ꝛ oꝛdinant̄. Unde eius poteſtas ē quod
dam eccleſie fundamentum: vt patet math. 16. et
ita in omnibus magis tenemur obedire pape ꝙ̄
epiſcopis vel archiepiſcopis vel etiā monachus
abbati abſqꝫ vlla diſtinctione. Alio mō poteſtaſ
ſuperioꝛ ꝛ inferioꝛ poſſunt ita ſe habere: ꝙ am
be oꝛdinent̄ ex vna quadam ſuprema poteſtate
que vnā alteri ſubiacet: ſm ꝙ vult: ꝛ tunc vna n̄
eſt ſuperioꝛ: niſi in illis in quibus ſupponit̄ vna
alteri a ſuprema poteſtate: ꝛ in illis tā ē obedien
dum ſuperioꝛi ꝙ̄ inferioꝛi. Eodem mō ſe habēt
poteſtates epiſcopi ꝛ archiepi deſcendētes a po
teſtate pape. hec Tho. ad pͥmum membꝛū facit
qō dicit aug⁹. z. q. 3. q reſiſtit. vbi inter cetera ſic
ait. Ipſos humanaꝝ legū gradus aduerte ſi ali
qd iuſſerit curatoꝛ: nō faciendū eſt: ſi ꝯtra ꝓcon
ſulem iubeat: nec vtiqꝫ ꝯtemnis ptātem: ſꝫ eligis
maioꝛi ſeruire. Nec hinc debet minoꝛ iraſci: ſi
maioꝛ ꝑlata eſt auctoꝛitas. rurſū ſi aliqd ipſe ꝓ
cōſul iubeat: ꝛ aliud iubeat impatoꝛ: ꝛ aliud de⁹
quid iudicatis? maioꝛ poteſtas deus. Da veniaꝫ
o impatoꝛ: tu carcerē ille gehennā minat̄: hic iā
tibi aſſumēda eſt fides tua tanqꝫ ſcutū: ad idem
di. 8. q̄ contra moꝛes in fi. Quantū ad ſecunduꝫ
membꝛū facit qō habet̄ extra ō offi. oꝛ. paſtoꝛa
lis. vbi exprimunt̄ caſus: in quib⁹ archieps habꝫ
iuriſdictionē in ſubditos ſuffraganeoꝝ: vnde in
alijs ipſi ſubditi ſuffraganeoꝝ nō tenerent̄ obe
dire. Ex ꝑdictis etiā patꝫ: ꝙ papa poſſet ꝑcepto
ſuo aliquē cogere ad ſuſcipiendū epiſcopatum.
Unde ſ. Tho. in. 4. ſniaꝝ diſ. 28. dicit ſic. Qui
dam dicunt ꝙ papa nō pōt ꝑcipere alicui: ꝙ ac
cipiat epiſcopatū: qꝛ cōſenſus dꝫ eſſe liber: Sed
hoc poſito piret eccleſiaſticus oꝛdo: niſi eni quis
poſſet cogi ad regimen eccleſie ſuſcipiendū: con
ſeruari n̄ poſſet: cū qn̄qꝫ illi q ſūt idonei: niſi poſ
ſent cogi ad regimen eccleſie ſuſcipiendū: cōſer
uari nō poſſet: cū qn̄qꝫ illi q ſūt idonei: hoc on⁹
nolint ſuſcipere niſi coacti. hec ille. Et ad hoc fa
cit qō dicit greg⁹. 8. q. i. in ſcripturis. ꝛ in. c. q epi
ſcopatū. ꝛ exemplū augu. di. 40. ante omnia.

## Octauo queritur vtrū

romanus pontifex ſuccedat. b. petro ī ea ꝑfectio
ne ptātis ꝛ dignitate vicariatus xpi: qua ipſe. b.
petrus a xp̄o caput ꝛ paſtoꝛ vtilis eccleſie fuit ī
eccleſia ſublimatus. Ad qō rn̄det. ſ. Tho. in. 4.
contra gentiles. c. 76. vbi p⁹ ſermonē de inſtituti
one: qua. b. petrus a xp̄o caput et paſtoꝛ vl̄is ec
cleſie eſt cōſtitutus: ita loquit̄. Non pōt aūt dici
ꝙ ꝛ ſi xp̄s hanc ptātē ꝛ dignitatem petro dede
rit: ad alios ipſa nō deriuet̄. Manifeſtū ē eni ꝙ
xp̄s eccleſiā ſic inſtituit: vt eſſet vſqꝫ in finē ſecu
li duratura ſm illud iſaie. Sup ſoliū dauid ꝛ ſu
per regnū eius ſedebit: vt cōfirmet illud: ꝛ coꝛꝛo
boꝛet in iudicio ꝛ iuſticia āmodo ꝛ vſqꝫ ī ſempi
ternū. Manifeſtū ē igit̄ ꝙ ita illos q tūc erant in
miniſterio cōſtituit: vt eoꝝ ptās deriuaret̄ ad po
ſteros ꝓ vtilitate eccleſie vſqꝫ ad ſeculi finem:
ꝑſertim cū ipſe dicat math. vlti. Ecce ego vobiſ
cum ſum vſqꝫ ad conſumationē ſeculi. Per hoc
aūt excludit̄ quoꝝndaꝫ erroꝛ ꝑſumptuoſus: q ſe
ſubducere nitunt̄ ab obediētia ꝛ ſubiectione pe
tri ſucceſſoꝛē ei⁹ romanū pontificē vniuerſalem
eccleſie paſtoꝛē nō recognoſcētes. hec ille. Cete
rū hanc q̄ſtionē determinat idē. b. Tho. in tracta
tu contra erroꝛes grecoꝝ dicens. c. 69. Oſtendit̄
etiā ꝙ petr⁹ ſit xpi vicari⁹ ꝛ roman⁹ pontifex ſuc
ceſſoꝛ petri in eadem ptāte ei a xp̄o collata. Di
cit enim canon chalcedonenſis cōcilij. Si quis
ep̄s ꝑdicat̄ infamis: liberā hꝫ ſn̄iaꝫ appellādi ad
beatiſſimū ep̄m antique rome: quē habem⁹ pe
trū refugij petrā: ꝛ ipſi ſoli libera ptāte dei loco
ſit ius diſcernēdi ep̄i infamiam ſm claues ſibi a
dn̄o collatas ꝛ infra. Et oīa diffinita ab eo tene
ant̄ tanqꝫ a vicario ap̄lici thꝛoni. itē Cyrill⁹ hie
roſolymitanus patriarcha dicit ex ꝑſona xpi lo
quēs. Tu cū fine: ꝛ ego ſine fine cū oībus q̄s lo
co tui ponaꝫ pleno ꝛ ꝑfecto ſacro: ꝛ auctoꝛitate
cū eis ero: ſicut ſum ꝛ tecū. Et Cyrillus ep̄s ale
xandrinus in lib° theol. dicit ꝙ ap̄li ī euangelijs
